Biblioteca estense universitaria
Largo S. Agostino 337
I-41121 Modena MO
Tel ++39 + 59 222248
Fax ++39 +59 230195
b-este@beniculturali.it
http://bibliotecaestense.beniculturali.it

racc.ferr.mor.1697.1

Constitutiones editae in dioecesana synodo Mutinensi, quam... episcopus Mutinae die xxiij Sept. anni 1572 habuit. His addita est regula Societatis Sanctissimi Corporis D.N. Iesu Christi: index librorum prohibitorum...

Gadaldini, Modena 1572

Img: V. Negro, 2009

reni

Conte Giorgio Ferrari-Moreni.

I [illegible]

Anche la Copia delle
Constitutiones editae
in Diocesana Synodo
Mutinensi —— 1572 —
che si conserva nella Bi-
blioteca Estense è man-
canta, come quella di
una carta che dovreb-
be esser segnata A. 1 —

Nella Estense vi ha an-
cora
Constitutiones in Dioc-
esana Synodo Mutin.
editae et evulgatae sub
Reverendissimo in Christo
Patre et D. D. Sixto Vi-
cedomino Novocom. Epis-
copo Mutin. anno Do =
mini MDLXXV die
vero octobris XXV.
Mutinae
apud Paulum Sadaldi-
num —

1) Mod. A 26784
2) Mod. A 26785

1) LO1E029561 39895 CD
A26784

2) LO1E029564 39898 CD
A26785

BIBLIOTECA
ESTENSE

Racc. Ferrari Moreni

1697

CONSTITVT
EDITAE IN
CESANA S
MVTINE
Quam Reuerendiß. D.
mus Nouocomenſis
& Apoſtolicæ
Epiſcopus
die xxiij. Sept. anni M
His addita eſt regula
Corporis D. N. Ieſu
rum prohibitorum
tiales, & Caſus omn
Epiſcopis reſeruati.

CONSTITVTIONES
EDITAE IN DIOE-
CESANA SYNODO
MVTINENSI,

Quam Reuerendiß. D. Xyſtus Vicedomi-nus Nouocomenſis ordinis Præd. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Mutinæ,

die xxiij. Sept. anni M D L X XII. *habuit.*

His addita eſt regula ſocietatis Sanctiſsimi Corporis D. N. Ieſu Chriſti: Index librorum prohibitorum, Canones pœnitentiales, & Caſus omnes tam Papæ, quam Epiſcopis reſeruati.

1697

R. Biblioteca Estense

SIXTVS VICEDOMINVS
NOVOCOMEN. ORD.
PRAEDICATORVM DEI,
ET APOSTOLICAE SEDIS
GRATIA EPISCOPVS
MVTINENSIS,

OMNIBVS, ET SINGVLIS, *Ciuitatis, & Diocæsis noſtræ Sacerdotibus in Domino ſalutem.*

I *corpus hoc noſtrum (Venerabiles ſacerdotes) cuius mirum in modum recreamur aſpectu, ſuũ ubiq; decus tueretur, nec aliqua ſui parte peccaret, haud dubium eſt nunquam ei grauiorẽ morbum infeſtum eſſe poſſe, ne dũ pernitioſum aut plus*

iusto pertimiscendum: tanta est fortitudo quæ à Christo præcipuo, & præcellenti mistici corporis capite, in illud permanat, & defluit. Non diutius quos inuaserint ægritudines afflictant, cum præstantiores medici, & artis optime gnari, celerius ad eas opprimendas, infirmumq; sanandum accurrunt, molliores enim radices malorum, antequam altius figantur euellunt, uictricemq;. Naturã, artis auxilio reddunt, quæ suis relicta uiribus concidisset. Non audent ferociores lupi impune tutum per nemus errantes ouium greges inuadere, si pastoris præsidio, generosiq; canis excubijs obmunitas conspexerint. Quibus de causis saluator & summus pastor noster, sacramenta nobis oculis suis, pro simplicibus, ijsq; summæ uir tutis medicamentis exhibuit, quæ spirituali ægritudine laborantes curarent, circumposuit Euangelicos canes qui fucatis hæreticorum doctrinis, & hostium Crucis Christi latitantibus insidijs allatrarent, in eamq; gregis sui regimen, formam redegit, ut e coelo petita, atq; à Deo reuera constituta uideatur: cum non modo stet hodie ouile Christi sui pastoris institutis seruãdis, & illius quasi

uesti-

uestigijs persequendis, sed nec innumerabilis annorum series possit euertere. Quid enim admirandæ huic Ecclesiasticæ Hierarchiæ, misticoq; corpori Christi, uel deesse uel obesse potest, cui pro capite Antistites, pro oculis tot eruditos, per auribus tot fideles, pro manibus tot rebus gerendis idoneos, pro pedibus tot insigni humilitate claros homines dedit? Quin etiam ne uestra uos gloria priuare uelle uidear, reliquæ corporis partes præscripta sibi, & quasi imperata loca non deserunt, suoq; in munere constantissime persistunt ubi ueri capitis imitationẽ in uobis qui illis præfecti estis agnouerint: ut ex hoc ceu fonte totius corporis incolumitatẽ non iniuria putemus manare. Quam enim partiũ labefactari (nisi ultro & pertinacissime illa pereat) aut tabefieri posse existimabimus, si rationalia capita, Dei imprimis Gratia duce, tum uacuo animo, & magno studio, Euangelica in eam monita effundant? si ostendant sublimiore se corporis loco posita, non modo sacrosancti ordinis authoritate, sed uitæ innocentia, & integritate? si fidem faciant, se è cæteris ubertate & copia sensuum spiritualium ex-

cellere? quæ nocturnæ errorum tenebræ, con
turbare eos possunt qui oculis excellentium
contemplatione hominum tam acutè cernũt?
quæ cognitio tantis est obstructa difficulta-
tibus, uel in ipsis rebus obscuritas, ut & si
doctissimi & antiquissimi quiq; inuenire se
posse quod cuperent diffisi sint, non eam au-
res fidelium infirmissimo etiam tempore æta
tis hauriant atq; audiendo eliciant? quid
non arbitratu suo diuina charitate manus ar
matæ in maximis quoq; rebus conficiunt?
qui locus inuius, accessuq; difficilis pedibus
obedientiæ? Voluit Christus suum hoc Cor-
pus, tot præsidijs communitum, animi linea-
mentis pulchrioribus existere cui pro anima
diuinum spiritus numẽ infudit pro potentijs,
fidem, spem, charitatem adiecit, temperan-
tiam concupiscendi fortitudinem irascendi
uirtuti adeo præposuit ut perspicuum
fieri possis, tantum esse in consociatione
partium positum ut si præclarè inter se co-
hæreant, præter decoris gloriam, cor-
pori salutem afferant, cum omnis homi-
ni erga hominem societas conseruetur, si
emolumenta, & detrimenta, communia esse
existimentur. Quare ad Diœcesanam Sy-

nodum

modum acciti estis, ut ouium quæ uestræ fi-
dei commissæ sunt, mores à uestra probita
te pendere intelligatis: quemadmodum à ca
pite in reliqua membra sensus, & motio de-
riuat, uel cœli lationibus terra gubernatur.
Cœlum enim unusquisq; nostrum probatis
moribus referre debet quod luceat sanctio-
nis uitæ exemplis, quod circulos saluberri-
mi cõsilij pro gregis utilitate peragat, quod
simplicitatem à terræ mixtione auersam re
tineat, quod incorruptibile à carnis illece-
bris se præbeat: Optimis antea legibus, &
omnia quæ ordini uestro necessaria essent
complectentibus, tanquam medicamentis, ab
amplissimo Cardinali Morono nostro tum
Antistite qui in Concilio Tridentino lan-
guentem orbem terrarum iuuit, morbi de-
prauata consuetudine firmati, & ubiq; gras-
santes, uestrumq; inficientes gregem subla-
ti sunt, residuæ erant leuiores aliquæ infir-
mitates, inter uisitandum à nobis deprehen
sæ, eæ ne contemptæ ingrauescerent curaui-
mus, citoq; euellẽdas duximus. Quod nos im
pulit, ut paticulas hasce constitutiones ede-
remus, in hanc formam & talibus typis ex-
cussas, quo citrà molestium & præmanibus

haberi, & ubiuis circumferri possent. Ve-
rebatur conspectum hominum exigua moles
Synodus Rauennæ cum quibusdam alijs, uc-
stro ordini amicissimis accessit, ut tuto pro-
dire audeat. Faxit Deus, *ut ad nominis sui*
gloriam, ouium utilitatem, no-
stramq; salutem, hæc
cedant.

INDEX

DECRETORVM.

PArochi Mutinam uenientes non discedant sine licentia.
Hostiæ pro infirmis conseruandæ non excedant numerum decem.
Quæ frugalitas in uisitatione sit seruanda.
Episcopus fiat certior statim, cum Ecclesiæ uacant.
Mansionarij per se munus suum obeant.
Ne quis prædicet, uel legat sine licentia extra suam Parochiam.
Ne quis bona ecclesiastica locet Iudæis.
De illuminariarum, seu fabricarum regimine, & cura.
Ne reliquiæ pignorentur, uel aliter distrahantur, & de earum custodia.
De superpelliceo inter diuina habendo.

ORDO SYNODI.

ELEBRATA *in primis Missa per Reuerendißimum Episcopum, ac solitis orationibus persolutis, habitoq́; a* R. D. *Hercule Pazano sermone, de mãdato Reuerendißimi* D. *Episcopi per cancellarium præmißæ fuerunt solitæ monitiones, quòd nullum cuiuis fiat insedendo præiudicium; & quòd nullus sine ipsius licentia à Ciuitate discedat, utq́; omnes sese honestè in hospicijs habeant, ac uersentur.*

Præfectisq́; *deinde ad audiendas querelas* RR. DD. *Vicario generali, &* D. *Aurelio Bellincino præposito, præstitoq́; ab ijs, qui antea non iurauerant, obedientiali iuramento, examinatores statim uiua uoce propositi, electiq́; fuerunt, ac iurauerunt* RR. DD. *Aurelius Bellinci-*

nus præpositus iuris utr. doct. D. Theo-
filus Furnius primicerius D. Aurelius
Bellincinus archipræsbiter minor, D. Iu
lius Furnius, D. Ioannes Liuizanus, D.
Gaspar Silingardus iuris utr. doctores,
D. Hercules Pazanus omnes Canonici,
& D. Visitator pro tempore existens,
D. Nicolaus Martellus, & D. Iulius
Regius præsbiteri Mutin.

Ac deinceps etiam Iudices causarum dele-
gatarum constituti fuerunt ijdem RR.
DD. Aurelius, D. Iulius Furnius, D. Io
annes Liuizanus, & D. Gaspar Silin-
gardus.

Præterea deputati etiam per Reuerendiß.
D. Episcopum extra Synodum fuerunt
iudices locationum in damnum Eccleſiæ
factarum, RR. DD. Vicarius genera-
lis ipsimet DD. Aurelij, & D. Gaspar
Silingardus.

Alijsq; postremo rite, rectèq; de more in ip
sa Synodo peractis, ac pariter decretis
antecessorum, & præcipuè Illustrißimi,
ac Reuerendißimi Cardinalis Moroni
approbatis, ac confirmatis infrascriptæ
sanctiones promulgatæ fuerunt.

VIA nihil unquam nobis gratius cõtingere potest, quàm sæpe cum parochis ciuitatis, & Diœcesis nostræ colloqui de animarum eis commissarum statu, ab eisq; intelligere, an ipsorum populus ambulet in uijs Domini, & an aliquid sit in ipsorum parochia, quod nostram cognitionem, & medicinam desideret; ideo statuimus, & ordinamus, quod quandocunq; aliquem ex parochijs, uel alijs sacerdotibus Diœcesis nostræ ad Ciuitatem quauis de causa uenire contigerit, ab ea non discedat, nisi prius à nobis petita, & obtenta licentia.

Quàm graue peccatum committatur ab ijs, qui circa custodiam sanctissimi corporis Christi, quod pro informis in Ecclesia conseruari solet, negligentes sunt, norũt ij, qui uel mediocriter in sacris sunt Canonibus eruditi, cum ipsis eas imponant pœnitentias,

pœnitentias, quæ pro grauiſsimis ſolent imponi flagitijs, quapropter cum in proxima noſtra uiſitatione nonnullos inuenerimus ſacerdotes, circa huiuſmodi conſeruationem multum deſides, uolentes, quantum in nobis eſt, huic abuſui prouidere preſenti conſtitutione ſancimus, nullum ſacerdotem poſſe in Eccleſia pro infirmis conſeruare pluſquam decem hoſtias, & illas paruas ſub fideli cuſtodia claue recluſas, ne poſsit terminaria manus ad illas extendi pro facinoroſis perpetrandis, quod ſi quis huius noſtræ conſtitutionis tranſgreſsor extiterit, pœna carceris, & pecuniaria arbitrio noſtro puniatur.

Cum in generali Concilio Tridentino, & in prouinciali proxime celebrata Rauennatenſi Synodo diſtricte inhibitum ſit omnibus ordinarijs, ne in uiſitatione diœceſum ſuarum exquiſitiores epulas requirant, ſed frugali ſint menſa contenti, eisq; mandatum ſit eos arguere, & compeſcere, quos in hoc minus frugaliter ſe habere cognouerint, propterea, cum in præcedenti uiſitatione nobis conſtiterit,

omnes diœceſis noſtræ clericos in hoc delinquere, ut aliquem huic abuſui modum ponamus, præſenti conſtitutione ſancimus, & ordinamus, quod clericis non liceat nobis, aut uiſitatoribus noſtris tempore uiſitationis, niſi duo tantum ferʃ cula, & duo fructuum genera apponere, quod ſi quis contra prædicta aliquid nobis, aut uiſitatoribus noſtris apponere auſus fuerit, præter obiurgationem, & indignationem noſtram, pœnam quoq; duodecim aureorum fabricæ ſui beneficij applicandorum ipſo facto incurriſſe intelligatur.

Ne propter diutinam bonorum eccleſiaſticorum uacationem beneficia ipſa in temporalibus, ſeu ſpiritualibus detrimentum aliquod patiantur; ideo præſenti decreto ſancimus, ſubſtitutos, in quorum Congregationibus beneficium aliquod uacare contigerit, teneri, legitimo ceſſante impedimento, cum primum ad eorum notitiam peruenerit, infra terminum trium dierum à die uacationis computandorum per nuntium ſpecialem, etiam expenſis beneficij ſic uacantis mittendum,

nos

nos de huiusmodi uacatione certiores fa
cere, ut indemnitati dicti beneficij quàm
citius prouidere secũdum formam Iuris,
& Sacrorum Canonum, maximè uerò
secundum decretum Concilij Tridentini
posſimus; substitutus autem, qui habita
uacationis notitia, infrà prætaxatum ter-
minum negligens in prædictis eodem le-
gitimo cessante impedimento, repertus
fuerit ultra officij substitutionis priuatio
nem, pœnam etiam duorum aureorum,
pro qualibet uice incurrat.

Cum ex decreto Sacrosancti Concilij Tri-
dentini statutum sit, omnes in cathedra-
libus præsertim Ecclesiis munera sua per
se ipsos, & non per substitutos exercere
debere, intellexerimusq; Mansionarios
Ecclesiæ nostræ cathedralis pro libito uo
luntatis suæ substitutos sibi facere, qui in
dicta Ecclesia officium ipsorum exerce-
ant ideo huic abusui prouidere uolentes,
& dicti Concilij decretis inhærentes præ
senti constitutione mandamus omnibus,
& singulis Mãsionarijs Ecclesiæ nostræ,
quatenus officia sua per se ipsos, & non
per substitutos exerceant sub pœna unius

aurei pro qualibet uice, qua contrafactũ fuerit. Quod ſi aliquando, uel ex defectu uocis, uel ex infirmitate, uel ex alia qualibet legitima cauſa officiũ ſuũ, quis eorum exercere non potuerit, nolumus ſub eadem pœna ei licere aliter ſibi ſubſtitutum facere; quàm re ad nos, uel Vicarium noſtrum deducta, & licentia id faciendi in ſcriptis à nobis obtenta. Quæ gratis eis præſtari, & concedi debeat.

Sicut fidelis puerorum inſtructio, & Sacræ Scripturæ lectio ſemper uberes in Eccleſia Dei fructus attulit, ita, ſi quilibet pro uoluntatis ſuæ arbitrio, eo iure abutatur, multa exinde oriri ſcandala, & mala conſueuerunt; ideo, ut omnia recte procedant, inhærentes etiam Bullæ Pij Papæ V. prohibemus omnibus, & ſingulis, ne lectiones aliquas publice, uel priuatim legere, uel Academias, quas uocant, facere audeant ſine noſtra ſpeciali licentia, ſub pœnis in dicta Bulla contentis, & alijs etiam arbitrio noſtro infligẽdis.

Declaramus etiam conſtitutionem, quæ incipit Nullus Præsbiter ſituatam ſub titulo

De

De uerbi diuini annuntiatione compræ=
hendere parochos, ſi extra eorum Paro=
chias prædicare audeant.

Ne ex patrimonio Chriſti inimici Crucis ip
ſius luxurientur, & in eius bonis quomo
dolibet ſeſe immiſceãt, quĕ quotidie blaſ
phemare non deſinunt, ideo præſenti con
ſtitutione mandamus iuſſu etiam Sanctiſſ.
D. N. PP. ut patet per literas apud nos
exiſtentes, omnibus, & ſingulis clericis
tam Ciuitatis, quàm Diœceſis noſtræ, ne
bona eccleſiaſtica quoquomodo Iudæis,
uel alijs infidelibus per ſe ipſos, uel alios
locare, etiam ad breue tempus, præſu=
mant, ſeu ſublocari ſcientes permittant,
ſub pœna priuationis beneficiorum ſic lo
catorum, quam ipſo facto incurrant, &
alijs etiam pœnis arbitrio noſtro impo=
nendis.

DE REGIMINE ILLV=minariarum.

QVemadmodum magna fue
runt pietate inſignes ij,
qui fabricas, & Illumi=
narias pro illuminando
corpore D. N. Ieſu Chri

sti, & prouidendo alijs Ecclesiarum ne-
cessitatibus erexerunt, ita maxima sunt
impietate notandi ij, qui dictarum fabri-
carum, seu illuminariarum bona, & red-
ditus uarijs artibus usurpare, & in pro-
prios usus conuertere non erubescunt,
quare, ut huic abusui multum in Diœcesi
nostra, quod dolenter referimus, inua-
lescenti aliquo tãdem remedio prouidea
mus, hæc, quæ sequuntur de regimine
Illuminariarum, seu fabricarum statuen-
da esse censuimus, quæ à parochis, &
alijs dictas Illuminarias gubernantibus
respectiuè obseruari districtius man-
damus.

In primis statuimus, & ordinamus quoli-
bet anno in festo omnium Sanctorum eli
gi debere unum Massarium per homines
loci cum interuentu rectoris, seu paro-
chi, cuius officium durare non possit ul-
tra annum, nisi de nostra speciali licen-
tia in scriptis obtenta, penes quem Mas-
sarium deponãtur omnes fructus, & red
ditus Illuminariæ, seu fabricæ expenden
di in necessitatibus ipsius Ecclesiæ, qui
Massarius statim iurare teneatur in ma-

nibus

nibus Parochi, ſe munus ſuum fideliter executurum. Et Maſſarius creatus aliter, quàm ſupradictum eſt, nullam recipiat auctoritatem in bonis Illuminariæ ſeu fabricæ, ſed præſumatur, & habeatur pro intruſo, & occupatore, & geſta per eum nullius ſint momenti, & nihilominus ſuæ adminiſtrationis rationẽ reddere quam primum teneatur.

Statuimus etiam Maſſarium, ut ſupra, electum nullam poſſe facere expenſam, niſi de conſilio, & aſſenſu Parochi, niſi negotio ad notitiam noſtram, aut Vicarij noſtri deducto, quod ſi aliter auſus facere fuerit, intelligatur de ſuo expendiſſe.

Habeat Maſſarius librum, in quo primum fideliter inuentarium bonorum Illuminariæ ſeu fabricæ una cum omnibus confinibus, poſtea omnes redditus ex bonis dictæ Illuminariæ receptos, poſtremo expenſas omnes per ipſum ad beneficiũ Illuminariæ factas ordinate deſcribat, & ideo prohibemus illum eligi in Maſſarium, qui ſcribere neſciat, niſi neceſsitas aliud ſuadeat, quod conſcientiæ Parochi relinquimus. Qui nos, ſeu Vicarium noſtrum.

strum hac de re quamprimum certiores reddere teneatur .

Quandocunq; instabit finis officij Massarij, mandamus, tunc eligi debere duos sindicos, quorum alterius electio spectet ad Parochum, alterius uerò ad homines loci, qui sic electi una cum Parocho uideant, & diligenter considerent, rationes, & computa dicti Massarij, an rectè, & secundum supradicta se habeant, nec ipsum absoluere possint, nisi prius consignatis pecunijs, & bonis, quæ supersunt, & omnibus ijs, in quibus apparebit ipsum remanere debitorem dictæ Illuminariæ, & consignato etiam libro computorum in manibus dictorum sindicorum, qui postea teneantur ea omnia consignare no uo Massario, & aliter facta absolutio ipsi Massario nullatenus suffragetur, & nullum producat effectum .

Interdicimus etiam, & omnino prohibemus Massarijs Illuminariarum, seu fabricarũ, & alijs quibuscunq; incidere, seu facere, uel pro suo posse, & uiribus permittere incidi arbores quascunq; uirides super bonis dictarum Illuminariarum seu fabricarum,

carum, siue nostra speciali, & in scriptis obtenta licentia, quàm gratis dari uolumus, quod si contrafacere quis ausus fuerit, pœnas aliàs statutas contra incidentes arbores super beneficijs Ecclesiasticis ipso facto incurrant.

Iis, qui bona piorum locorum administrant, ea si immobilia sint, uel pretiosa mobilia, uendere, permutare, in Emphiteosim dare, uel ad longum tempus locare, aut quouis modo alienare nullo modo liceat, nisi ijs seruatis, quæ à Sacris Canonibus requiruntur, & re ad nos delata, licentiã gratis dandam, id faciendi impetrauerint: qui contra fecerint arbitrio nostro punientur, & quod actum est, nullum, & irritum esse declaramus, prout etiam in uisitatione nostra omnes, & quoscunq; li uellos bonorum Illuminariarum sine licentia Sedis Apostolicæ factos nullos, & irritos esse declarauimus.

Quanta ueneratio Sanctorum reliquijs adhibenda sit, non solum canonica, & Sacri Concilij Tridentini decreta, sed ciuilia etiam iura nobis facile ostendunt, cum uiua Christi membra, & Spiritus sancti templa.

templa fuisse, satis compertum habea-
mus, & ob id ægrè tulimus, ut par est,
cum ad nos perlatum sit, nonnullos etiam
Clericos ita expositas, & neglectui eas
habuisse, ut furto sibi subtrahi aliquan-
do permiserint: Alios uerò ita sacrilegos
fuisse, ut etiam pignori, ac Laicis reti-
nendas in locis prophanis tradere ausi
fuerint. Ideò tantæ temeritati occurre-
re uolentes mandamus sub suspensionis
pœna à diuinis ad arbitrium, ut nulli de-
inceps à propria Ecclesia eas transporta
re, nec a proprijs capsulis sine nostra li-
centia extrahere audeant, sed in hone-
stioribus locis intrà Ecclesiam, seu in Sa-
crario eas, ut decet, custodiri, & conser-
uari uolumus. Si uerò aliquis unquam
repertus fuerit, qui tàm graue sacrilegiũ
committat, ut eas cum ornamentis, &
capsulis suis uendere, aut pignori trade-
re, aut locare, non erubuerit, pro exces-
sus qualitate contra hunc tanquam suspe
ctum, qui de sanctorum Reliquijs malè
senti at, insurgemus. Si uerò ornamen-
ta ipsa, seu capsulas detractis Reliquijs
uendere, aut pignori dare ausus fuerit,

pœna

pœna carceris per menſem, & ultrà, ac alijs pœnis arbitrio noſtro punietur.

Cum aliàs in titulo De Canonicis, & alio De Sepulturis optimè ſtatutum ſit, ut Clerici omnes in Diuinis ſuperpelliceo utantur, idq; à pluribus ob modicitatem pœnæ negligi audiamus. Iccircò ijsdem Decretis inhærentes præcipimus omnibus, & ſingulis cuiuſcunq; ordinis, ſtatus, & condicionis clericis ut nunquam ſine con decẽti ſuperpelliceo Chorum, nec ad Defunctorum exequias, ſeu funeralia, aut anniuerſaria, uel ad aliàs diuinas functiones accedant. Quòd ſi ſecus à quoquam factum fuerit, is pœna uiginti bonenorũ, pro ſingula uice. Rector autẽ, ſeu Curatus alios ſic in ſua Eccleſia admittens in dimidia pro ſingulis plectentur.

CASVS

CASVS:

RESERVATI.

VM *magnopere ad Chri*
stiani populi disciplinã
pertinere Sanctißimis pa
tribus nostris uisum fue=
rit, ut atrociora quædã,
ac grauiora crimina non
à quibusuis, sed à summis tantum Sacer=
dotibus absoluerentur, neq; dubitandum
sit, quin hoc Episcopis omnibus in sua
cuiq; diœcesi liceat pro tradita illis in
subditos supra reliquos inferiores Sacer
dotes auctoritate, Iccirco Reuerendißi
mus Episcopus noster absolutionem ab
infrascriptis casibus sibi reseruat, prohi=
bens omnibus, & quibuscunq; Confesso=
ribus, ne quemquam, nisi in articulo mor
tis constitutum ab ijs absoluere audeant,
sed id unum pœnitentibus persuadere ni=
tantur, ut ad Reuerendißimam Domina=
tionem suam, seu ad eius Vicarium ge=
neralem uti legitimos iudices pro bene=
ficio absolutionis accedant. Casus au=
tem reseruati sunt infrascripti.

Votorum

1 Votorum dispensatio.
2 Blasphemiâ publica, si pœnitens re-
nuit obseruare canonem.
3 Omnis Excommunicatio maior.
4 Matrimonia clandestina facta non
seruata forma Concilij.
5 Homicidium uoluntarium.
6 Incestus.
7 Sodomia.
8 Habentes prohibitam à iure consuetu
dinem cum Infidelibus.
9 Exercentes bestialitatem.
10 Tenentes baratarias in Domo.
11 Sortilegi.
12 Exercentes Magicas artes.
13 Abutentes hostia Sacra, uel alijs Sa-
cramentis.
14 Clerici beneficiati non incedentes in
habitu Clericali.
15 Clerici non ordinati ad ordines, quos
requirit beneficium.
16 Non residentes in Ecclesiis suis sine
legitima causa, & licentia nostra.
17 Non satisfacientes legatis pijs.
18 Ingredientes intra Septa Monialium
sine licentia.

19 Non reuelantes hæreticos, & libros prohibitos teneutes.

20 Violantes Sacras Virgines.

21 Exponentes filios ſuos, uel exponi facientes, ſiue conſentientes.

22 Opprimentes eos in lecto.

QVIA in alia Syriodo Mutinæ per Illuſtriſſimum Anteceſſorem noſtrum conſtitutum fuit in qualibet noſtræ diœceſis Parochia inſtitui debere ſodalitatem Sanctiſſimæ Corporis D. N. Ieſu Chriſti, in qua ſeruari deberent ordines per ipſum circa huiuſmodi ſodalitatem edẽdi, Nos uolentes Decretum illud executioni mãdari prædictos ordines fecimus, eosq; imprimi curabimus. Ideò mandamus omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, ut in dictis ſodalitatibus ordines prædictos obſeruare faciant.

os, & libros

ines.

uel exponi fa

entes.

o.

a Synodo Mu

lustrissimum

m nostrum

fuit in qua-

diœcesis Pa

litatem San-

esu Christi,

ines per ip-

item edẽdi,

d executioni

ecimus, eosq;

andamus om

us, ut in di-

ædictos ob-

CAPITOLI, ET ORDINI PER LE COMpagnie del Santiss. Sacramento della Città, & Diocese di Modona.

Nchora che ciascuno fedele p se senza aspettare altro inuito, & senza speranza di qual si uoglia premio douesse prontamente, & uolontieri mostrare ogni segno d'humiltà, & gratitudine uerso Iddio del segnalato fauore, & beneficio fatto da sua Diuina Maestà all'humana generatione all'hora, quando partendo dal mondo, & andandosene al padre lasciò il Santissimo suo corpo per cibo dell'anime de suoi fedeli, nondimeno poiche tali sono le conditioni dell'humana fragilità, che uolontieri inuitata da premi, & doni spirituali si pone all'essecutione di quello, che per debito, & obligo suo è tenuta di fare; perciò

molto

molto pia, & ſantamente à gli anni paſ-
ſati Papa Paolo III. conſiderãdo i mol
ti beni ſpirituali, che poteuano, anzi
che già commincianano à naſcere dalle
Confraternità, & Compagnie del Santiſ
ſimo Corpo di Chriſto, uedendoſi per
mezzo di quelle honorata in piu modi
ſua Diuina Maestà, conceſſe loro molti
priuileggi, gratie, indulgenze, & eſſen-
tioni come appare nella ſua Bolla data in
Roma ſotto il di ultimo di Nouembre
1539. L'anno ſeſto del ſuo Pontificato,
eſtendendo ad eſſe Confraternità del Cor
po di Chriſto tutti gli indulti, immunità,
& altri doni ſpirituali conceſſi, & che
ſi concederanno nell'auenire per li Ponte
fici Romani alli cõfratri dell'imagine del
Saluatore, & à quelli della Charità, all'
Hoſpitale di S. Giacomo, di S. Gio. Bat-
tiſta, & di S. Coſmo, & Damiano della
Natione Firentina, & di S. spirito in Ro
ma, uolendo anchora, che delle medeſi-
me indulgenze, & theſori ſieno partecci-
pi tutti li Capellani, & miniſtri di dette
Confraternità; Dichiarando, che ogni
fedele, ch'entrerà in detta Compagnia,
nel

nel giorno di tale ingresso cõseguirà ple
naria indulgenza, & remißione di tutti
i ſuoi peccati, come quella dell'anno del
Giubileo, eſſendo però prima confeſſa=
to, & communicato; Il medeſimo ancho=
ra conſeguirà ciaſcuno entrato, che ſia
in detta Compagnia tre uolte in uita ſua,
& che qualunque uolta eßi Confratri
accompagneranno in perſona, ò eſſendo
legitimamente impediti, faranno da uno
de ſuoi piu degni famigliari accompa=
gnare il Santiß. Corpo di Chriſto, quan=
do uiene portato à gli infermi, conſegui=
ſcano per ogni uolta cento anni d'indul=
genza: & perche all'honeſtà delle don=
ne ſi disdice l'andar'uagando per la Cit=
tà, uuole S. Santità ch'ogni uolta, che eſſe
eſſendo deſcritte in detta confraternità
ſentendo il ſegno della campana, con la
quale ſono chiamati li Confratri per ac=
cõpagnare eſſo Santißimo Corpo à qual=
che infermo, ingenocchiate diranno deuo
tamente il Pater noſter, & l'Aue Maria
una uolta, conſeguiſcano la medeſima in=
dulgenza, remißione, & gratie, che con=
ſeguono quelli, che con la propria perſo=
na

na l'accompagnano. Di piu uuole che si possano eleggere un Cõfessore secolare, ò regolare approuato dall'Ordinario, il quale li possa assoluere per tre uolte in uita loro da qualunque peccato, excesso, & delitto, anchorche graue, & enorme, se ben fosse riseruato alla Sede Apostolica, eccettuando però quelli, che si contengono nella Bolla, che si suol leggere nel giorno della Cena del Signor non uolendo, che simili indulgenze possano essere reuocate, ò sospese, & uuole, che non solo le Compagnie instituite al suo tempo, ma quelle, che si instituiranno ancho ne tempi auenire godano i medesimi priuileggi, & indulgenze dando lor'facoltà di poter far Statuti, & ordini per il buon gouerno di dette Compagnie, & come piu ampiamente nelle sue lettere si contiene.

Onde desideroso Monsignor Reuerẽdissimo nostro Vescouo, che'l sacratissimo Corpo del Signor nostro sia piu degnamente che si possa, honorato, tenuto, & portato à gli infermi, & insieme, che l'anime de fedeli sottoposte alla Cura, & custodia

stodia sua nõ sieno defraudate de sopra=
detti thesori spirituali concessi da N. S.
alle sopradette Confraternità, ha deter=
minato di errigere in tutte le Parochie
cosi della Città, come della Dioceſe ſua,
le dette Compagnie proponẽdo loro gli
infrascritti Capitoli utili, & necessarij
da osseruarsi da essi confratri per il buon
gouerno, & mantenimento di dette Com
pagnie, essortando, & paternamente
ammonendo ogni fedele, che prontamen
te, & uolontieri si faccia descriuere in
dette confraternità essendo sicuro, che ol
tre le sopradette indulgenze, che conse=
guirà, ne riporterà anchora da Dio cele
ste gloria, & premio sempiterno.

DEL CAPO DELLA COMPA= gnia, & suo officio.

PRima si ordina, che'l capo di questa Cõpagnia s'in=tenda essere, & sia in ef=fetto il R. Curato della Chiesa parochiale, nella quale s'instituirà essa Cõ pagnia, senza l'interuento del quale non

possano i Confratri determinare cosa alcuna. Officio del quale sarà in tutte le solennità principali publicare l'indulgẽze, priuileggi, & gratie soprascritte concesse alla Compagnia, & inuitare, & esfortare il popolo ad entrare in essa Compagnia, & deuotamente frequentarla; farà parimente descriuere ordinatamente sopra un libro li nomi, & cognomi di quelli, ch'entreranno in detta Compagnia descriuendo distintamente gli huomini dalle donne. Presterà ogni aiuto al Massaro nel raccogliere l'elemosine, & quando s'haurà à portare il Sacramento à gli infermi darà segno con la Campana, accioche li fratelli si possano raccogliere per accompagnarlo. Il simile farà, quando fosse morto uno delli Confratri, per l'anima del quale esso Curato celebrerà una Messa da morto.

DELL'

determinare cosa al
uale sarà in tutte le
oublicare l'indulgè-
tie soprascritte con
& inuitare, & es-
ntrare in essa Com
nte frequentarla;
uere ordinatamen-
mi, & cognomi di
detta Compagnia
ente gli huomini
rà ogni aiuto al
re l'elemosine, &
are il Sacramento
o con la Campa-
si possano racco-
rlo. Il simile fa-
uno delli Confra
uale esso Curato
morto.

DELL'

DELL'ELETTIONE, ET OFFI-
cio del Massaro.

I ordina parimente, ch'ogni anno la prima Domenica di Nouembre si elegga per li Fratelli della Compagnia un Massaro di buona uita, conditione, & fama, appresso del quale stiano tutte l'elemosine, che si faranno dalla Compagnia, & altri, cosi de danari, come di cera, & altre simili robe, & per i casi, che non patiscono dimora d'andare à cõmunicare qualche infermo, potrà lasciar' quattro torze in mano del Curato, acciõche subito possa andare à communicare l'infermo occorrendo. Hauerà esso Massaro un libro, sopra il quale ordinatamente descriuerà tutte le elemosine, che saranno fatte alla Compagnia cosi da fratelli, come da altri, & tutte le spese, che si faranno per conto di essa Confraternità. Non mancherà anchora insieme col Curato di procurare con debiti modi elemosine per supplire alle spese, & necessità, che occorreranno per la Compa-

gnia, ne potrà fare esso Massaro spesa alcuna senza il consenso del R. Curato, & se cosi parerà espediente, de due piu uecchi della Compagnia, & nel fine del officio suo consignerà attualmente al nuo uo Massaro il libro de conti, con tutte quelle elemosine, che si trouerà in mano, & l'officio suo nõ potrà durare piu d'un anno senza espressa licenza di Monsignor Vescouo.

DELL' ELETTIONE DE CONfratri, & loro offici.

Vtti quelli, che uorranno entrare nella Compagnia, saranno accettati purche sieno di buona uita, conditione, & fama, escludendosi gli usurarij, concubinarij, biastematori, & altri simili publici peccatori. Ciascuno all'entrare nella Compagnia, si confesserà, & communicherà per cõseguire l'indulgenza soprascritta. Et si sforzerà, quando non sia legitimamente impedito di trouarsi ogni mese alle processioni, che si faranno, & alle

alle communioni de gli infermi, ch'occor reranno, ſapendo, che per ogni uolta, che ſi trouerà preſente à ſimili atti conſe guirà cento anni d'indulgenza. Quan= do morirà uno de fratelli, gli altri poten do l'accompagneranno alla ſepoltura, & diranno cinque Pater, & cinque Aue Maria per l'anima del defonto.

Procureranno anchora eßi Confratri col mezzo delle loro limoſine, ò d'altri, che'l Santißimo Sacramento ſtia in un taber= nacolo conueniente, & ornato, & ſopra l'altare maggiore ſe è poßibile, proue= dendo ciaſcuna Compagnia d'un Balda= chino, & facendo per ogni modo, che giorno, & notte ui ſtia il lume acceſo, ſa pendo, che quanto piu degnamente ſi conſeruera il Santißimo Sacramento, tan to maggior gloria ne riſulterà al noſtro Signore Iddio.

A fine, che ſempre ſia un certo numero di perſone, che accompagnino il Santißi= mo Sacramento ſi ordina, che ogni meſe finita la proceßione, ſi deputino dieci, ò dodici perſone della Compagnia ò piu, ò meno, ſecondo, che parerà ad eſſa Com=

pagnia, i quali tutte le uo'te, che 'enti-
ranno il ſegno della campana per la com
munione, ſubito anderanno alla Chieſa
per accompagnare il Santißimo Sacra-
mento col lume acceſo, & portare il Bal
dachino, & ſe uno delli deputati foſſe im
pedito, potrà mandare un'altro piu ho-
norato: che ſia poßibile in luogo ſuo; &
ogni Curato determinerà qualche ſegno
per la communione de gli infermi, che'l
popolo l'intenda: non ſi uieta però à gli
altri, che non ſono de deputati, il potere
andare per loro deuotione ad accompa-
gnare eſſo Santißimo Sacramento auer-
tendo però tutti di pregare Dio per la
ſalute dell'anima, & del corpo dell'in-
fermo.

Et perche à uolere prouedere, che ſia hono-
ratamente tenuto, & illuminato il santiſ/
ſimo Sacramento, ſaranno neceſſarie
qualche ſpeſe, però ſi eſſortano tutti li
Confratri, & ogni fedele Chriſtiano,
che uoglia aiutare la Cõpagnia di qual-
che elemoſina, ſecondo la poßibilità di
ciaſcuno, eſſendo certi, che queſta è una
dell'opere ſommamente grata à Dio, dal-
quale

quale douranno espettare eterna retri-
butione.

DELLE PROCESSIONI.

GNI prima Domenica del mese finita la Messa in ciascuna Parochia cosi della Citta, come della Dioceſe, si farà la proceßione del Santißimo Sacramento intorno alla Chieſa, ò come parerà piu commodo al Curato, doue si esfortano ad intrauenire tutti li fratelli, si per honorare il Santißimo Sacramento, come anchora per conſeguire l'indulgenza concessa da N. S. à chi ui si troua presente, & si porterà il santißimo Sacramento piu honoratamente, che sia poßibile, cantando quelle lodi, & Hinni, che'l R. Curato giudicherà piu al propoſito. Si essorta anchora il reſto del popolo à trouaruisi preſente.

Finita la proceßione il R. Curato essorterà i Fratelli à uiuere Christianamente, & à frequentare la Compagnia, & à conferire uolontieri elemoſine per le ſpeſe di

essa, accioche si possa conseruare, & au-
mentare cosi pia, & santa opera à laude,
& honore del nostro Signore Iddio.

Se in alcuna di esse Compagnie si raccoglies-
sero elemosine maggiori di quello, che
sieno necessarie per li bisogni di esse
Compagnie, potrà il Massaro insieme
col Curato, & due piu uecchi Confratri
distribuirle tra li poueri infermi di det-
ta Compagnia, auertendo bene al biso-
gno di ciascuno, & à non si mouere à si-
mile distribution per qual si uoglia ri-
spetto humano.

Quando tra Fratelli nascesse qualche dissen
sione, ò discordia dourà il Curato insie-
me col Massaro, & due piu uecchi della
Compagnia fare ogni opera per compo-
nerla, & acquetarla, & quando fosse ta-
le, ch' essi nõ potessero acquctarla, dourã
no hauer ricorso à Monsignor Vescouo,
il quale cercherà in ogni modo di sedare
ogni discordia, & lite, & introdurre
nella Compagnia quella pace, charità, &
unione, che ci rappresenta esso Santissi-
mo Sacramento.

His

His peractis, omnibusq; per cancellarium nominatim uocatis absentium contumacia accusata fuit: ac postremo Reuerendissimus dominus omnes humaniter, ac benignè cohortatus, ut ad munus quisq; suum, quæ decet, uitæ honestate, modestia, integritate ac in diuinis diligentia obeundum incumberent, atq; ut primo quoq; tempore singuli tres missas celebrarent, Deumq; rogarèt in prima pro felici statu Summi Pontificis, ac Sanctæ matris Ecclesiæ, in secunda pro incolumitate ac salubri conseruatione Illustrissimi Cardinalis Moroni, in tertia uerò pro uniuersali rectoq; regimine, & tutela totius Mutinensis Ecclesiæ; tandem synodum ipsam benedixit, atq; in pace dimisit.

IN nostra diœcesana Synodo, quam superioribus diebus habuimus, prouinciale Concilium Rauennatense à nobis obeam causam promulgatum non fuit, ut anteà cogitaueramus, quia uidelicet tunc temporis illud præ-

termittere, atq; in aliud tempus ad id commodius,& opportunius reijcere decreuimus, ea sanè ratione ducti, quoniam nobis parum profutura esse illa promulgatio tunc uidebatur, si tantum auribus sacerdotum decreta illa indicerentur, non autem oculis ipsorum subijci, ac præ manibus haberi possent, cũ ualde pauca illius Concilij uolumina in hac Ciuitate reperiri intellexissemus. Sed cum posteà animaduerterimus, nunquàm id fore, ut hæc promulgatio commode fieri posit, nisi illud ipsi imprimendum curaremus, immò si id diutius differremus, facile euenturum esse, ut inde nobis in nostro pastorali officio nonnihil negligentiæ ascriberetur, Iccirco operæ pretium nos facturos duximus, si illud, quàm primum fieri posset, typis excussum in uulgus edendum curaremus. Sed nulla opportunior occasio sese ad id offerre posse uisa est, quàm si simul cum nostro diœcesano in lucem prodiret. Inhærentes itaq; utriq; Concilio omnibus,& singulis Sacerdotibus, & beneficiatis quibuscunq; sub Iuris,& arbitrij pœnis illud

obseruari

obſeruari debere decernimus non minus ac ſi in ipſa ſynodo publicatum fuiſſet. Et præterea, ne quemquam eorundem ignorantia excuſare ualeat, ſub excommunicationis, & decem aureorum pœna aliàs etiam in primis conſtitutionibus ſtatuta, ſtrictè præcipiendo mandamus, ut infrà menſem ab editionis die commerandum ſinguli utriuſq; copiam habeant, eamq; frequenter legant, & obſeruent.

INDEX
LIBRORVM
PROHIBITORVM,

CVM REGVLIS CON-
fectis per Patres à Tridentina
Synodo delectos, aucto-
ritate Sanctiss. D.N.
Pii IIII, Pont.
Max. com-
probatus.

PIVS, PAPA, IIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

OMINICI *gregis cu-stodiæ, Domino diſponen te, præpoſiti uigilis mo-re paſtoris, non deſiſti-mus ipſi gregi ab immi-nentibus periculis, quan-ta maxima poſſumus cura, & diligentia, præcauere; ne propter negligentiam no-ſtram pereant oues, quæ pretioſiſſimo Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine ſunt redemptæ. Etſi autem quæ ad fidei ueri-tatem patefaciendam, & ad horum tem-porum hæreſes confutandas pertinebant, in œcumenico, & generali Cõcilio Tri-dentino, ſancti Spiritus aſſiſtente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerũt, ut facile iam ſit unicuique ſanam, Catho-licamq; doctrinam à falſa, adulterinaq; internoſcere: tamen cum librorum ab hæ-reticis editorum lectio non modo ſimpli-ciores homines corrumpere ſoleat, uerũ*

ſaſe

Sæpe etiam doctos ẽruditosq; in uarios errores, & à ueritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptißimum ei malo remedinm esse sciremus, si componeretur atque ederetur Index, siue Catalogus librorum, qui uel hæretici sint, uel de hæretica prauitate suspecti, uel certe moribus, & pietati noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reiecerамus. Ea uero ex tanta Episcoporum, & aliorum doctißimorum uirorum copia delegit ad eũ conficiendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes Prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisq; uigilijs, eum Indiccm tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectißimis quibusdam theologis. Peracto autem Concilio, cũ ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatus fuisset; ut ne ante ederetur, quam à nobis approbatus fuisset: Nos doctißimis quibusdam, probatißimisq; Prælatis eum accuratißime legendum, examinãdumq; tradidimus, & ipsi

ipſi etiam legimus. Cum igitur eum ma gno ſtudio, acri iudicio, diuturna cura cõ fectum, & præterea commodiſſime dige= ſtum eſſe cognouerimus: Nos ſaluti ani marum conſulere, eamq; ob cauſam pro= uidere cupientes; ne libri, & ſcripta cu= iuſcunque generis, quæ in eo improban= tur, ſiue ut hæretica, ſiue ut de hæretica prauitate ſuſpecta, ſiue ut pietati, ac mo= rum honeſtati inutilia, aut aliqua corre= ctione ſaltem indigentia, poſthac à Chri= ſti fidelibus legatur; ipſum Indicem, una cum regulis ei præpoſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approba mus, imprimiq; ac diuulgari, & ab omni bus Vniuerſitatibus Catholicis, ac qui= buſcumque alijs ubiq; ſuſcipi, easq; regu= las obſeruari mandamus, atque decerni= mus: inhibentes omnibus, & ſingulis, tam Eccleſiaſticis perſonis ſecularibus, & Regularibus, cuiuſcumque gradus, ordi= nis, & dignitatis ſint, quam laicis, quo= cumque honore, ac dignitate præditis; ne quis contra earum regularum præſcr[illegible] ptum, aut ipſius prohibitionem Indicis li= bros ullos legere, habereue audeat. Si

quis

quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemq; fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, uel cuiusue auctoris scripta propter hæresim, uel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritue; ipso iure in excommunicationis pœnam incidat; eamq; ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat; præter alias pœnas, super hoc ab Apostolica Sede, sacrisq; Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seuere se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscũque, aut si quibus communiter, uel diuisim ab eadem sit Sede indultum, ne excõmunicari possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neue quis excusatione ignorationis uti possit, uolumus, & mandamus, ut hæ litteræ per ali-

quos

quos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, ut Missarum solennibus intersit, congregari solet, palam, & clara uoce recitentur; &, postquam recitatæ fuerint, ad ualuas earum ecclesiarum itemq; Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur; ibiq; ut legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autẽ inde amouebuntur; earum exempla in ijsdem locis affixa remaneant. Nos enim, per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his litteris comprehenduntur, post tres menses, à die publicationis, & affixionis earum, numerandos, uolumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illæ editæ, lectæq; fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint; fidem sine ulla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ,

apud

apud ſanctum Petrum, *ſub annulo* Piſca-
toris, *die* xxiiij Martij, MDLXIIII.
Pontificatus *noſtri anno* Quinto.

Ant. Florebellus, Lauellinus.

PRAEFATIO

IN INDICEM LIBRORVM prohibitorum, confectum a Deputatione Tridentinæ Synodi, Reuerendi Patris Fratris Franciſci Forerij, Ordinis Fratrum Prædicatorum, S. Theologiæ profeſſoris, & eiuſdem Deputationis Secretarij.

VM *Sancta œcumenica Tridentina Synodus, ijs rationibus adducta, quæ in ſecundæ Seßionis decreto ſub Beatißimo* Pio IIII, Pont. Max. *explicatæ ſunt, cenſuiſſet, ut Patres aliquot, ex omnibus fere nationibus delecti, de librorum cenſuris quid ſtatuendum eſſet, diligenter cogitarent; in eam tandem ſententiam poſt diuturnam deliberationem uenerunt, ut iudicarint nihil utilius fieri poſſe, quam ſi* Romanus *ille prohibitorum librorum* Index, *ab Inquiſitoribus* Romæ *poſtremo cõfectus, paucis*

paucis tantũ demptis, atque etiã additis, retineretur; quippe qui cum magna maturitate à multis uiris doctis compositus, plurimos comprehendat auctores, atque in ordinem satis commodum digestus esse uideatur. Quoniam uerò intelligebant, propterea in aliquibus prouincijs, ac locis hactenus eum Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione uiri docti priuati, magno incommodo afficerentur; atque animaduertentes etiã in eo esse nonnulla parum explicate posita, quæ interpretatione indigerent; re multum diuq; deliberationibus agitata, ac uiris etiam ex omni natione, Theologicæ facultatis scientißimis, in consilium adhibitis, subiectas Regulas componendas iudicarunt; ut, quoad eius fieri posset, doctorum hominum commodis, & studijs, salua ueritate, ac religione, prospiceretur.

Illud igitur in primis obseruare oportet, unamquamque pene alphabeti litteram tres habere Classes. In prima non tam libri, quam librorum scriptores continentur, qui aut hæretici, aut nota hæresis

suspecti

ſuſpecti ſuerunt. horum enim catalogũ fieri oportuit; ut omnes intelligant, corũ ſcripta, non edita ſolum, ſed edenda etiã, prohibita eſſe. Sed illud etiam animad=uertendum eſt; quod licet multi præte=rea ſint, qui iuſtiſſimis de cauſis in hanc Claſſem referri poterant; Patribus ta=men non is fuit animus, aut ad eorũ per=tinebat inſtitutum, ut eos ad unum per=quirerent: ſed ijs pene contenti fuere, qui in Romano catalogo deſcripti ſunt, de alijs uero eiuſdem generis auctoribus idẽ ab Ordinarijs, & Inquiſitoribus ſtatuen=dum eſſe exiſtimarunt. In ſecundam Claſſem non auctores, ſed libri ſunt re=lati, qui propter doctrinam, quam conti=nent, non ſanam, aut ſuſpectam, aut quæ offenſionem etiam in moribus tantum fi=delibus afferre poteſt, reijciuntur; etiam ſi auctores, à quibus prodiere, ab Eccleſia numquam deſciuerunt. Tertia uero, & ultima Claſſis eos libros cõplectitur, qui ſine ſcriptoris nomine exierũt in uulgus, & eam doctrinam continent, quam Ro=mana Eccleſia, tamquam Catholicæ fidei, aut morum integritati contrariam, refu=

tandam,

Precationes psalmorum per Ioannem Homburgium, latinitate donatæ.
Precedentie all'apologia della confessione Vuirtembergense.
Processus consistorialis martyrij Io. Huß.
Psalterium translationis ueteris cum noua præfatione Martini Lutheri.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

R.

Rebelesius.
Raydenus.
Raymundus Neophytus.

Raphael Muſæus.
Reinhardus Lorichuis, Hadamærius.
Rapſodus.
Regius Vrbanus.
Rellicanus Tigurinus.
Ricardus Moriſon, Anglus.
Ricardus Sanſon.
Ricardus Tauerner.
Ricardus Thracius de Todyngton.
Ricardus Vuic.
Robertus Anglus.
Robertus Bannes.
Robertus a Mosham.
Robertus Stephanus.
Robertus Baus.
Rod Haial.
Rodulphus Gualterus, Tigurinus.

Certorum auctornm libri prohibiti.

Raymundi de Sabunde, prologus in theologiam naturalem.

Incertorum auctorum libri prohibiti.

Ratio breuis Sacrarum tractandarum concionum.
Ratio, cur, qui confeßionem Auguſtanam pro-

profitentur &c.

Ratio & methodus consolandi periculose decumbentes &c.

Receptatio omnium figurarum sacræ scripturæ.

Reformatio ecclesiæ Coloniensis.

Regis, & Senatus Anglici sententia de Concilio, quod Paulus Episcopus Romanus Mantuæ futurum simulauit.

Restitutionum doctrinæ & uitæ Christianæ liber per Monasterienses Anabaptistas editus.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

S.

Sapidus poëta.

Scaplerus.

Schneppius.

Sebaldus Hauuenreutius.

Sebaldus Heyden.

Sebastianus Castaleon.

Sebastianus Francus.

Sebastianus Froschelius.

Sebastianus Lepusculus.

Sebastianus Meyer.

Sebastianus Munsterus.
Seruetus Hispanus.
Simon Grinæus.
Simon Hessus.
Simon Musæus.
Simon Saltzerus.
Stephanus Doletus.
Suuenckfeldius.

Certorum auctorum libri prohibiti.

Seraphini Firmani apologia pro Baptista de Crema.
Segiberti liber contra Papam Gregorium, & contra epistolam Paschalis Papæ.
Steph. Vuinctoniensis Episc. de uera obedientia.

Incertorum auctorum libri prohibiti.

Scripta quædam Papæ, & Monarcharũ, de Concilio Tridentino.
Scholia in epistolã Pauli III. Pont. Max.
Sententia puerilis.
Sermones conuiuales.
Sermones de prouidentia Dei.
Similitudinum & dissimilitudinum liber.
Simplicissima & breuissima Catechismi ex-

posi-

positio.
simplex & succinctus orandi modus.
simulacri, historie, & figure della morte.
somnium & uaticinium Esdræ, de fatis
Monarchiæ Romanæ.
speculum cæcorum ad cognitionem Euange
licæ ueritatis.
suuermenica doctrina.
summa totius scripturæ.
summa in smaragdum super Euangelia, &
epistolas totius anni, tam separatim,
quam una cum ipso auctore impressa.
summarium scripturæ.
supplicatio quorundam apud Heluetios,
Euangelistarum ad Episcopum Constan=
tiensem.
supputatio annorum mundi.
supplice eshortatione di nuouo mandata all°
inuittissimo Cæsare Carolo Quinto.
syncrama clarissimorum uirorum, qui Ha=
læ cõuenerunt, super uerbis in Cœna Do
mini.
synodus Marcpurgensis.

AVCTO=

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

T.

Theobaldus Gertachius Billicanus.
Theodorus Bibliander.
Thomas Blaurerus.
Thomas Cranmerus.
Thomas ab Hofen.
Thomas Muncerus.
Thomas Neogeorgus.
Thomas Platterus.
Thomas Venatorius.
Thomas Vuolphius.
Tilemanus Heshusius.
Timotheus Neocorus.

Incertorum auctorum libri prohibiti.

Thalmud Hebræorum, eiusq; glossæ annotationes, interpretationes, expositiones omnes: si tamen prodierint sine nomine Thalmud, & sine iniurijs, & calumnijs in religionem Christianam tolerabũtur.
Themata 114. Basileæ disputata.
Threni Hieremiæ Mysticati.
Tractatus ad omnes in Christianam libertatem malevolos.

Tractatus

Tractatus de redditibus & decimis.
Tragœdia de libero arbitrio.
Trigamus.
Trilogium pro Catechistis.
Troporum Theologicorum &c.
Turricella.
Tractatus de uera et pura ecclesia, D. Athanasio falsissime ascriptus.
Trattati del beneficio di Christo.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

V.

Vadianus Ioachimus.
Valerius Anselmus Rid.
Valerius Phitarcus.
Varemondus Luitholdus.
Velcurio.
Vergerius.
Victor de Bordeus.
Victorius Strigelius.
Vincentius Obsopæus.
Vitilingius, siue Brentius.
Viretrus Petrus.
Vitus Theodorus.
Vitus Vuisemius.

Vlricus Studerius.
Vlricus Velenus Minhonienſis.
Vlricus de Vitem.
Vrbanus Rhegius.
Vuendelinus ab Helbach.
Vuentzelaus LincK.
Vueſelus, ſiue baſilius Groniegenſis.
Vuilhielmus Radenſis.
Vuilhielmus Heſenus.
Vuigandos Grosher.
Vuolphangus Fabritius Capito.
Vuolphangus Meuſel.
Vuolphangus Muſculus.
Vuolphangus Ruesz.
Vuolphangus Rupertus.
Vuolphangus Mater.
Vuolphangus Vualdnerus.
Vuolphangus Vuiſſenburgius.
Vueſphalus Ioachimus.

Certorum auctorum libri prohibiti.

Viti amerbachij antiparadoxa: item commentaria in Pythagoræ & Phocylidis poemata: item historia de ſacerdotio Chriſti.

Incerto-

Incertorum auctorum libri prohibiti.

Vualdensium confessio, & apologia fidei ad Vladislaum Regem Hungariæ.

Varia doctorum, piorumq; uirorum de corrupto Ecclesiæ statu poemata.

Viridarij somnium de potestate Papæ, & Principum sæcularium.

Visitatio Saxonica.

Vitæ patrum cum præfatione Martini Lutheri.

Vita & gesta Ildobrandi.

Vitæ Pont. Romanorum, Vuitembergæ impressæ.

Vn brieue modo, qual dee tenere ciascun padre.

Vnio dissidentium tripartita.

Vniuersitatis Vuitembergensis seria actio apud Principem Fridericum.

X.

Xystus Betuleius Augustanus.

Z.

Zellius Keyserspergensis.

Zuinglius.

FINIS.

60

LIBELLVS CANONVM POENITENTIALIVM ET CASVVM RESERVATORVM.

PROCEMIVM.

CANONVM *pœnitentialium ſcientiam, qui ad modum iniungendæ ſatisfactionis, ac pœnitentiæ pertinent, omnibus, qui in audiendis confeßionibus uerſantur, ita neceſſariam eſſe Diuus Auguſtinus, aſſerit, ut, ſi defuerit, uix Sacerdotis nomen in eis conſtare poßit, quod illa euidenti ratione facile intelligi poteſt, quia pœnitentes tanquam per ſpeculum clarius ſcelerum ſuorum grauitatem inde agnoſcũt, ac perſpiciunt. Et ob id illos his Synodi decretis annectere uiſum eſt, ut, cum Sacerdotes omnes norint, quanta cura, religione, ac diligentia olim pœnitentiæ indicerentur, id ipſi pœnitentibus ſignificare, & redarguendi, & ad mala uitanda, ac bona peragenda cohortandi, perſuadendi, ac monendi argumenta optima inde ſumere poßint. Vt illi cognita hinc Eccleſiæ benignitate in mitigandis priſcorum Canonum pœnitentijs tanto propenſius commiſſa defleant, & à committendis in poſterum cautius declinent, atq;*

abſtineant. Sed cum in his nonnulla minus clare tradi uideãtur, animaduertendum eſt, ubi certum tempus à Canone preſcribitur, ut potè trium, ſeptem, pauciorumuè, ſeu plurium annorum, nullo certo pœnitentiæ modo, uel genere explicato, id confeſſarij arbitrio relictum eſſe, ut is perſpecta pœnitentis qualitate, ac diſpoſitione pœnitentiam ipſam prudentia, ſcientia, iuſtitia, ac bonitate aggrauet, aut moderetur. Satisfactio autem legitimarum feriarum, ſecundæ, quartæ, & ſextæ feriæ intelligenda eſt. Ieiunia uerò trium quadrageſimarum ea ſignificantur, quæ ante Natale Domini, & quæ ante Paſcha Reſurrectionis, & quæ per dies XIIII. ante feſtum S. Ioannis Baptiſtæ olim celebrabantur. Reliqua uerò, quia per ſè ſatis aperta ſunt, omittuntur.

CANONES

CANONES.

POENITENTIALES.

CANONES, *qui certas quibusdam peccatis pœnitentias constituunt, libro sacerdotali conscripti, hi sunt, qui sequuntur.*

Sacerdos, qui fornicationem admiserit, pœnitentiam agat decem annis c. Præsbyter dist. 82. quo in cap. præscribitur pœnitentiæ modus.

Qui, sponsam alienam de præsenti, accipit, in pœnitentia sit septem annis, & quadraginta diebus in pane, & aqua c. 2. de spõsa duorum.

Monialis, quæ fornicatur, matrimoniũque contrahit, qui item eam cognoscit, contrahitue cum ea, pœnitens sit decem annis c. Deuotam 27. q. 1.

Qui sacerdos Missam canit neque communicat, per annum pœnitentiam agat, nec uero interea celebret c. Relatum de cõsecr. dist. 2.

Sacerdos, qui pallijs Altaris mortuũ involuit, pœnitens sit decem annis, & quinque

menſibus : diaconus autem annis tribus, & ſex menſibus c. Nemo de conſecr. diſt. 1.

Qui ſcienter contraxerit, coieritue cum duabus ſororibus, aut cum matribus, aut ſorore, cum matre & filia, quæue coierit una cum patre & filio, uel duobus fratribus, pœnitentia ci conſtituitur octo annis c. ſi pater 30. q. 4. c. ult. 32. q. 7. c. ſi quis uiduam.

Qui ignoranter duas ſorores, uel matrẽ, & filiam, uel amitam & neptem cognoſcit, quarum una ignorat factum alterius, uterque pœnitens ſit ſeptem annis. Si uero ſciẽter, perpetuo careat coniugio c. ult. 33. q. ult. c. ſi quis cum matre 35. q. 3.

Mulieri, quæ partum ſupponit, quæue de alio uiro concipit, pœnitentiæ, & ſatisfactionis modus præſcribitur arbitratu prudẽtis ſacerdotis c. Officij de pœni. & remiſſ.

Sacrilegus chriſma, calicemue ſacrũ polluens, pœnitens ſit ſeptem annis, & in ſingulas hebdomadas tribus diebus ieiunus ſit a carne & uino c. De uiro 12. q. 2. quo in c. alia quædam conſtituuntur homini ita peccanti.

Cœlans ſe cognouiſſe mulierem, quæ contrahit cum fratre eius, pœnitens ſit ſeptem annis

annis c. Si homo fornicatus 35. q. 3.

Solemniter pœnitens, si postea ad uomitum redierit, pœnitentiam agat decem annis c. si qui uero de pœnit. dist. 5.

Parentes, filiorum sponsalia dirimentes, & filij si consenserint ac post rursus dissenserint, communione priuantur annis tribus c. Vnico 31. q. 3.

Qui contraxerit cum ea, quam adulteravit, pœnitens sit quinque annis c. Si qua 31. q. 1.

Cognoscens uxorem adulteratam, ante pœnitentiam peractam, pœnitens sit annis duobus c. Si quis 32. q. 1.

Saccrdos, qui interest clandestinis desponsationibus, per triennium ab officij sui administratione amouetur c. ultim. de clandes. desponsationibus.

Latro si uult confiteri, confiteturue, in cimiterio sepellietur, oratur pro eo, & detur ei Corpus Christi c. ult. 13. q. ult.

Qui clericus præstandis horarum Canonicarum officijs a Metropolitanæ Ecclesiæ more, & ritu discrepat, idq; præ contemptu facit, per sex menses communione priuatur c. de his dist. 12.

Qui dominum, uxoremue interfecerit, nunquam equitet, non uehiculo uehetur, nõ matrimonium contrahet, decem ipsos annos carne non uescetur, uinum non bibet c. Admonere, *& c. quicunq; 33. q. 2. quibus in locis alia quædam id delicti admittentibus præscribuntur.*

Qui matrem interfecerit, decem annis pœnitentiam agat, armis depositis c. Latorem *32. q. 2.*

Qui simplex uotum uiolarit, trium annorum pœnitẽtia ei cõstituitur c. si uir dist. 27.

Qui blasphemiam in Deum, *&* B. Virginem, *& sanctos publice coniecerit, pœnitentiam agit septem annis ex formula, quæ præscripta est a* Gregorio Nono *c. ultim. de maledicis.*

Vnicuique peccatum mortale committenti, nisi delicti grauitas seueriorem ac longioris temporis pœnitentiam postulet, pœnitentia constituitur septem annorum c. Hoc ipsum *33. q. 2.*

Qui Ecclesiam incenderit, eam restituat, precium det pauperibus, & pœnitens sit quindecim annis c. si quis 17. q. 4.

Qui domum, arcamue combusserit, pœ-

nitentiam

nitentiam agat annis tribus c. siquis domm. de iniur. & dam. dat.

Sacerdos excommunicatus si celebrat, tribus annis pœnitens sit, hebdomadisq; singulis feria secunda, quarta, & sexta, a uino, & carnibus ieiunet c. De illis xi. q. 3.

Sacerdos sacerdotij sui gradu, ordineq; in perpetuum amotus, quem degradatum dicunt, si celebrare audet, priuatur communione Corporis & sanguinis Iesu Christi usque ad ultimum diem, & in excommunicatione est, uiaticum tantum in fine sumens c. Accedens dist. 50.

Episcopus dissimulans corrigere uenditionem ministeriorum, duobus mensibus, sacerdos hoc agens, quatuor, diaconus, tribus: subdiaconus, & alij inferiores, debita excommunicatione afficiuntur sui indicis arbitrio, c. quidquid inuisibilis 1. q. 1.

Iniuste excommunicanti per mensem unum, ingressu Ecclesiæ interdicitur c. Sacro de sent. excommunic.

Sacerdos si fornicatus est cum filia spirituali, aut cum ea, quæ illi confessa fuerit sua peccata, pœnitens sit duodecim annis, & in Monasterio Deo seruiat omnibus diebus

uitæ ſuæ: Si Epiſcopus hoc admiſerit, pœnitentiam agat annis quindecim: mulier autem in Monaſterium trudatur, ubi perpetuo uiuat c. ſi quis ſacerdos, & c. Non debet 30.q.1.

Scienter rebaptizatus, ſi propter hæreſim hoc ſceleris admittit, pœnitentia afficiatur ſeptem annorum, quarta & ſexta feria ieiunans, & tribus item quadrageſimis pane & aqua. Si uero pro munditia hoc facere putarit; eum pœniteat tribus annis. Quòd ſi ignoranter; non peccat, ſed ideo nõ promouendus, licet ſit excellens c. Qui bis de conſecr.diſt.4.c.2.de apoſtatis.

Si Epiſcopus, præsbyter, diaconuſue ſponte eſt rebaptizatus, quamdiu uiuit, pœnitens ſit. Alij uero clerici, & monachi, & moniales, ab hæreticis uolẽtes rebaptizari, pœnitentiam agant duodecim annis c. eos quoque de conſecr.diſt.4. quo in loco ijs pœnitentiæ modus præſcribitur.

Qui coactus falſum teſtimonium dicit, nec mors ſequitur, in pœnitentia ſit duobus annis, ſi ſponte, annis quinque c. 1. de fal.

Qui filium ſuum opprimit, annis tribus, & uno in pane, & aqua pœnitens ſit apud

Iuonem

Iuonem par.9.c.104.

Adultero, fornicatoriue pœnitentia constituitur septem annorum c. prædicandum 22.q.1.

Qui iniuste quempiam accusat ad mortem, quadraginta dies pane & aqua continenter ieiunabit, & per septem annos pœnitentiam aget, non aqua tamen & pane, sed arbitrio sacerdotis. Si uero ob eam accusationem, quis membrum perdiderit, accusator ieiunabit quadragesimis tribus pane & aqua 22.q.5.c.1.

Sortilegus quadraginta dies in pœnitentia sit c.1.de sortilegijs.

Respiciens furta in Astrolabio, annis duobus c.2.de sortileg.

Qui ædes magicis cantionibus lustrat, aliudue tale admittit, & qui ei consentit & consulit, pœnitens sit annis quinque c.qui diuinationes 26.q.5.

Patronus, qui res Ecclesiæ absumit, per annum excommunicatur c.Filijs 16.q.7.

Qui iurat se ad pacem non redire, per annũ pœnitens sit c.qui sacramẽto 22.q.4.

Incendiario hæc pœnitentia dabatur, ut Hierosolymis, aut in Hispania per annum in

Dei ſeruitio permaneret. Qui hanc pœnitentiam remitteret, per annum item ab ſui muneris adminiſtratione amouebatur c. peſſimam 23.q.ult.

Qui filiam, ſororemue ſpiritualem in matrimonium ducit, qui item conſentit, pœnitens ſit ſeptẽ annis c. non oportet 30.q.3.

Si gutta ſanguinis Chriſti in terram cadit, ſacerdos in pœnitentia ſit quinquaginta diebus, ſi ſuper Altare, & ad pannum unũ tranſit, diebus duobus: Si uſque ad pannos duos, diebus quatuor, ſi uſque ad tres, diebus nouem, ſi uſque ad quatuor, uiginti diebus c. ſi per negligentiam de conſecr. diſt. 2. quo ĩ loco alia, adhoc pœnitẽtiæ genus pertinentia, traduntur.

Si incaute dimiſit, quamuis nil nefandi acciderit, tribus menſibus a ſui muneris adminiſtratione amouetur c. 1. de cuſtod. eucariſtiæ.

Epiſcopus, qui cædem fecerit, in pœnitentia ſit quindecim annis, deponatur, perpetuo peregrinetur: Præsbyter annis duodecim, quorum tres ieiunet pane & aqua, & deponatur, Diaconus annis decem, & tribus in pane, & aqua c. ſi quis homici-

dium

dium distin. 50.

Qui homicidium fecerit, pœnitens sit duobus annis c. de his clericis dist. 50.

Qui casu cœdem facit, constituitur ei pœnitentia quinque annorum c. eos qui dist. 50.

Qui uero sponte, septem annis pœnitens sit c. Maior dist. ead.

Qui clericum, monachumue, diaconum, subdiaconumue occiderit, perpetuo in Monasterium detrudetur, & publicam pœnitentiã aget septem annis c. qui occiderit 17. q. 4.

Qui præsbyterum, duodecim annis c. 2. de pœnit. & remiss.

Qui coierit contra naturam, aut cum brutis, qui item incestum fecerit, pœnitens sit amplius quàm septem annos, quia clericus deponitur, laicus excommunicatur 33. q. 2. c. hoc ipsum & c. clerici de excess. prælat.

Qui matrimonium contraxerit contra interdictum Ecclesiæ, per mensem pœnitens sit, aut arbitratu confessoris c. 1. de matr. cõtra interdict. Eccl.

Confessor qui pœnitentis peccatum patefacit, in Monasterium detruditur ad agendã pœnitentiam c. omnis de pœnit. & remis.

Qui per ebrietatem eucharistiam euo-

mit, si laicus est, quadraginta diebus, si cle=
ricus, sexaginta, si Episcopus, nonaginta die
bus, si infirmus pœnitentiam agat diebus se=
ptem c. si quis per ebrietatem de consecr.
distin. 2.

Qui periurium sciens admiserit, qua=
draginta dies in pane, & aqua, & septem se
quentes annos pœnitens sit: & nunquam sit
sine pœnitentia, interiori scilicet c, quicũque
6. q. 1.

Qui coactus periurat, si liber est, qua=
draginta dies, & septem sequentes annos, si
seruus, tres quadragesimas, & legitimas fe=
rias pœnitens sit c. Qui compulsus 22. q. 5.

Qui compellit alium, ut falsum iuret:
quadraginta dies in pane, & aqua, & septẽ
annos in pœnitentia sit c. si quis conuictus.
22. q. 5,

Qui peierat in manu Episcopi, in Cru=
ceue consecrata, tribus annis: si uero in Cru
ce non consecrata, per annum in pœnitentia
sit. Qui ignoranter, & coactus, tres qua=
dragesimas c, 2. 22. q. 5.

Qui uero necessitate aliqua impulsus,
periurium committit, tribus quadragesimis
sit in pœnitentia q. ead. c. si quis coactus.

Qui

Qui mensuras adulterat, triginta die= bus pane, & aqua ieiunet c. 1. de empt. & uendit.

Qui inscienter hæretico communionem dat, uel accipit ab eo, per annum pœnitens sit, si uero scienter, annis quinque: quòd si nesciens permittat eum in Ecclesia celebra= re, diebus quadraginta, si uero id fecit re= uerentiæ causa, annum unum, sinautem ad uertendam fidem, annos decem, sin hære= ticus, annos duodecim c. si quis dederit 24. q. 1.

Qui rapuerit, furatusue sit, alteri qua= druplum reddet, Ecclesiæ duplum, & septẽ annis pœnitens erit pane, & aqua c. si quis furtum 17. q. 1.

Clerico furi, annorum septem, laico, quin que annorum pœnitentia constituitur, sin= autem uilis est res, pane. & aqua per an= num pœnitentiam agat c. si quis clericus 17. q. 4.

Qui in Episcopum, presbyterumue ma= num injcit, & Ecclesiã uastat, impugnatue, in Monasterium concluſus perpetuo pœni= tens sit c. quisquis per dolum.

CASVS

CASVS EXCOMMVNI cationis in Bulla cœnę Domini reseruati summatim breuiterq; ordine descripti.

EX BVLLA.

HAEretici, *schismatici, eorum fautores, defensores: qui illos item recipiunt, qui eisdem credunt.*

Qui ab Apostolicæ Sedis obedientia recedunt.

Qui hæreticorum libros scienter quouis modo legunt, domi suæ habent, imprimunt, uel quoquo modo defendunt.

Qui appellant a Papa ad futurum Concilium: quiue hac de re consilium, auxilium, aut fauorem præstant.

Piratæ, eorum fautores, receptatores, qui item eis auxilium dant, idq; scienter.

Qui naufragium facientium bona rapiunt, accipiuntue, aut ab alijs rapta, acceptaue, capiunt.

Qui nouas gabellas, seu pedagia imponunt, uel prohibita exigunt.

Qui litteras, & supplicationes apostolicas,

licas, siue manu Pontificis, siue eius mandato signatas, adulterant.

Qui equos, arma, ferrum, resq; alias omnes prohibitas ad infidelium regiones, prouinciasue important.

Qui ipsos infideles certiores faciunt de rebus ad statum Christianæ religionis pertinentibus: aut qui eis consilium dant.

Qui inuadunt, & impediunt eos, qui ad urbem Romam important res ad uictum, & usum Rom. Curiæ necessarias.

Qui perturbant item ne importentur, quiue defendunt.

Qui ad Sedem Apostolicam accedentes, & recedentes ab eadem, offendunt.

Qui item iurisdictionem ordinariã delegatamue non habentes, propria temeritate illos lædunt, qui in eadem Curia morantur.

Quiq; meditato, & proposita animi deliberatione ijs ipsis iniuriam inferre audẽt.

Quiue talia fieri iubent, aut mandant.

Qui in S. R. E. Cardinales, Prælatosue, ac Nuncios, manus temere inijciunt.

Qui item Sedis Apostolicæ legatos, ac Nuncios ex urbibus, oppidis, ditionibusq; suis eijciunt.

Qui

Qui præterea hæc ipſa fieri mandant, ſeu conſilium dant, aut auxilium præſtant.

Qui per ſe, per aliumue offendunt eos, qui negociorum ſuorum cauſa ad Curiam Romanam confugiunt.

Qui item lædunt illos, qui in eadem Curia ſuas cauſas agunt, eorumue iudices, aduocatos, procuratores, negotiorumue geſtores.

Qui prohibent, quominus litteræ Apoſtolicæ, citationes, mandata, & alia eiuſmodi, quæ a ſede Apoſtolica emanant, executioni demandentur ſine eorum conſenſu.

Qui eorum ipſorum, a Sede Apoſtolica quouis nomine emanantium executores capiunt, detinent, capiue, aut detineri mandant.

Qui uetant ne litteris & mandatis Sedis Apoſtolicæ pareatur, niſi impetrato ante eorum conceſſu.

Qui prohibent ne notarij de earum litterarum, & mandatorum executione inſtrumenta, actaue conficiant, aut confecta eis tradant, quorum intereſt.

Qui quouis modo prohibent, ne qui ob cauſas ſuas agendas, aut ob gratias, litteraſue

ue impetrandas ad Curiam Romanam confugiant, neue litteras ipsas a Sede Apostolicas impetrent, impetratisue utātur. Quiue eas ipsas litteras apud se, aut apud alium retinere audent.

Qui homines ecclesiasticos, Ecclesiarū Collegia, aut Conuentus in fori sui iudicium trahunt, trahiue iubent, aut quouis modo procurant præter iuris præscriptum.

Qui statuta, constitutiones, aut decreta quæuis alia faciunt, quibus ecclesiastica libertas quouis modo tollitur, læditur, imminuiturue, seu Sedis Apostolicæ iuri quoquo modo præiudicatur.

Qui ecclesiastica bona usurpant, surripiunt, & absque Sedis Apostolicæ permissu sequestrant.

Qui decimas, aut uectigalia quæcunque hominibus ecclesiasticis imponunt, taliaq; ab eis exigunt, exigiue procurant, aut a sponte dantibus accipiunt, aut in eisdem assensum, auxilium, consiliumue præstant.

Qui laici in causis capitalibus, criminalibusue contra homines ecclesiasticos se quouismodo intromittunt.

Officiales laici, & Prælati item, qui spirituales

ſpirituales cauſas, ſpiritualibuſq; annexas ab eccleſiaſticis iudicibus auocant.

Qui auctoritate laicali litterarum, & mandatorum apoſtolicorum executionem, cauſarũue eccleſiaſticarũ curſum, & eos itẽ impediũt, qui ipſas cauſas exequi uoluerint.

Qui item illarum cauſarum cognitionem ſibi uſurparint.

Qui ſtatuunt, cõpelluntue, ut qui litteras a Sede Apoſtolica impetrarint, eas reuocẽt, efficiantq; ut reuocentur, & qui illarum litterarum uirtute cenſuris irretiti ſunt, ab eis abſoluantur.

Qui peregrinos religionis cauſa ad urbem uenientes, in ea morantes, ab eadem diſcedentes offendunt offendentibuſue auxilium, conſilium, aut fauorem præſtant.

Qui terras, ſeu iura Eccleſiæ Romanæ quouis modo occupant, uel inuadunt, aut occupare, inuadereue audent.

Quiue occupantibus, uel inuadentibus auxilium, fauorem & conſilium dant.

Qui bona Pallatij Apoſtolici rapiunt, uel rapta ſcienter quauis cauſa tenent.

Qui contra præſcriptum Bullæ peccantes abſoluere temere auſi fuerint.

ALII CASVS EXCOMmunicationis, reseruati Summo Pontifici iure Canonum.

EX DECRETO, ET DECRETALIBVS.

QVi suadente diabolo id sacrilegij admittit, ut manus uiolentas clerico afferat c. siquis suadente 17. q. 4.

Quiue huic rei consilium dat, aut assentitur c. mulieres de sentent. excom.

Clerici, qui scienter & sponte in diuinis participant cum excommunicatis a Papa c. significauit de sent. excom.

Qui scienter in crimine criminoso communicat cum eo, qui nominatim a Papa excommunicatus est c. nuper de sent. excom.

EX SEXTO DECRETALIVM.

Qui nullo Sedis Apostolicæ concessu assentiũt nominationi, electioni, Senatoris Vrbis Romæ, aut eius, qui ipsius urbis gubernationi præesse debet c. fundamẽta de ele. li. 6.

Inquisitores,

Inquiſitores, & ſanctæ Inquiſitionis mi=niſtri odio, gratia, uel quæſtu, alioue commo do ducti, qui in hæreticis inquirendis negli=gentes ſunt, uel falſo hæreſim imponunt c. multorum Clem. de hæret.

Religioſi, qui abſoluunt excommunica/tos a iure, uel conſtitutionibus Synodalibus Clem. de Priuil. c. Religioſi.

Religioſi, qui, non impetrata a parochis facultate, ſacramenta euchariſtiæ, aut extre mæ unctionis miniſtrant.

Religioſi item, qui non eorundem conceſ ſu matrimonia ſolẽnizãt c. Religioſi, Clem. de priuil.

Religioſi & clerici ſæculares, qui alios inducunt ad uouendum, promittendumue, ut in ſuis Eccleſiis ſepulturas eligant, uel iam electas ne mutẽt c. Cæpientes Clem. de pœn.

Qui prohibent quominus publice excõ=municati, interdictiue de Eccleſia exeant, quo tempore Miſſæ ſacrificium fit, ſi eis a ce lebrantibus denunciatum ſit, ut de Eccleſia abeant c. grauis Clem. de ſent. excom.

Excommunicati, interdictiue publice ſi a celebrantibus moniti fuerint, ut Eccleſia exeant, idq; facere recuſarint, negiexe=

rintue

rintue c. eod. ut ſupra.

Prtncipes & illuſtres uiri, qui interdicti generalis tempore cogunt aliquem ſacerdotem celebrare c. Grauis Clem. de ſenten. excom.

IN EXTRAVAGANTIBVS.

Qui corpus mortuum in fruſta incidunt, & in aqua coquunt, ut oſſa ſeparent a carnibus Bonifacius 4. in extra de ſepult. cap. 1.

Qui interdictum ab Apoſtolica Sede promulgatum uiolant c. & ſi Dominici in extrau. de pœnit. & remiſſ.

Qui aliquid ex pacto dat, aut recipit pro ingreſſu religionis c. ſane ne in uinea in extrau. de ſimo.

Qui dant, recipiuntue aliquid ſimoniace, in ordine ſuſcipiendo, aut beneficio conſequendo, qui proxenetæ item fuerint, procuratoreſue, ut huiuſmodi ſimonia committatur Paulus 2. in extrau. Et ſi Dominici de pœnit.

Qui ſimoniacos, ſimoniæue procuratores, aut proxenetas Summo Pontifici, uel ei

non

non denunciant, cui id negocij ipse delega-
rit. Martinus V. in Conc. Constantien.

Religiosi mendicantes, qui transeunt ad ordinem non mendicãtium, facultate a Summo Pontifice non impetrata, præterquam ad ordinem Carthusiensiũ Paulus 2. in extrau. Cum detestabile de simonia.

Qui item eos in suos ordines adscribunt Martinus 4. in extrau. Viam de regularib.

Religiosi non mendicantes, qui in ordines suos fratres mendicantes recipiunt, non impetrata nominatim facultate a Sede Apostolica, in extrau. ead.

Religiosi, qui absoluunt excommunicatos a casibus, & censuris, quæ in extrauaganti Xysti Quarti reseruantur, cuius initium est, Et si dominici. In extra. & si dominici de pœnit. & remis.

Qui asserere audent, in hæresim, aut peccatum mortale eos incurrere, qui B. Virginem ab originali peccato fuisse præseruatã dicunt, & contra Xystus 4. in extrau. Graue nimis.

Qui libros itẽ, in quibus hoc asseritur, pro ueris legere, tenere, habereue ausi fuerint d.c. graue nimis.

Qui

Qui dant accipiuntue, promittunt, paciſcunturue aliquid, ut in Curia Romana ut iuſtitiam, uel gratiam alicuius rei obtineant. Qui item huius criminis reos non denuntiant. Bonifacius VIII. in extrau. de ſenten. excom. c. 1.

Cardinales, qui Sede Vacante, conſtitutioni de electione Rom. Pontificis, præter ſimoniam facienda, contrauenire præſumpſerint. Iulius 2. in extrau. c. Cum tam diuinã.

Qui Monaſteria ingrediuntur monialium ordinis Prædicatorum, Franciſcanorumue in caſibus non conceſsis. Bonifacius IX. & Eugenius 4. in priuileg. unius & alterius ordinis.

Qui libellos conficiunt, ſcriptaue ulla contra fratres ordinis Prædicatorum, & Franciſcanorum. Alexander 4. in eorum priuil.

Qui negant eiuſdem ordinis fratribus licere eleemoſynas quærere, aut prædicare, aut confeſsiones audire de facultate ſummi Pontificis, ſine conſenſu aliorum Prælatorum inferiorum, Rectorum Eccleſiarum aut parochorum. Idem Alexander, & Bonifacius IX. in priuil.

Qui in Monasterijs, Ecclesiisue suis apostatas detinent eiusdem ordinis, nisi illos eiecerintue, ubi ipsis denuntiatum erit idem in priuil.

Qui fratres eiusdem ordinis a consortio uniuersitatis Parisiensis reijciunt, qui uiolentiam exercent cõtra loca ipsorum in priuil. eiusdem ordinis.

Qui ad sepulcrum Domini accedũt sine licentia Papæ In lib. pœnitentiariæ ut refert Archiepisc. Florent. par. 3. tit. 5. c. 30.

Cardinales S. R. E. qui aliquid patefaciunt, in Consistorio uctitum a Papa, unde aliquid præiudicij, uel scãdali nascitur Leo. X. se. 9. in Conc. Later.

Qui in sermonibus, & prædicationibus miracula falsa, incertaue populo denunciãt, qui item prophetias, ex sacra scriptura non desumptas prædicare audent, Ecclesiæue Prælatis scandalose detrahunt Leo X. in Conc. Lateran ses. 11.

Quicumque per uim, metum, fraudem, aliamue artem, bona, fructus, aut iura Ecclesiarum, locorumue piorum occupat sess. 22. c. 11. Conc. Trid.

Clerici item, qui nefandæ huius fraudis, &

& usurpationis fabricatores, eidemue con/ sentientes fuerint.

CASVS EXCOMMVNI/ cationis, Episcopis iure Cano/ num reseruati.

EX DECRETALIBVS.

QVi *de tertiæ partis Cardinalium nominatione confisus Papæ sibi no men usurpat: & qui ipsum recipiunt, & qui a paucioribus, quam a duabus partibus Car dinalium electus, gerit se pro Papa, nisi ma ior concordia intercesserit c. Licet de elect.*

Qui audent affirmare ordinationes ab Octauiano & Guidone factas ratas esse c. 1. de scismat.

Mulieres statum Beghinarum sectantes, uel de nouo assumentes, religiosi item qui eas admittunt, uel qui præbent consilium, auxilium, aut fauorem c. 1. de relig. dom.

Qui usurpant Episcopatum in Ciuitate, diœcesiue, ubi populi diuersis linguis uten/ tes, uarios ritus sub una fide habent c. Quo niam de offi. ordinat.

Clerici, Monachiue, qui accipiunt officiũ

uicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis, ſi moniti non reſipuerint c. Clerici Ne clerici uel Monachi.

Monachi extra clauſtrum, & alij clerici, quamuis dignitatem, perſonatum, aut officium obtinentes, & præsbyteri, qui legẽs, uel phyſicam audiunt, niſi infra duos menſes redierint c. ult. Ne clerici uel Monachi.

Magiſtri, ſcolareſue, qui Bononiæ aliorum ſcholarium hoſpitia, durante locatione, conducunt, ſine eorum conſenſu c. 1. de loc.

EX SEXTO DECRETALIVM.

Qui quempiam chriſtianum per quoddam genus hominum, quos uocant aſſaßinos, interfecerit, interficiue mandauerit, quamuis mors non ſequatur: qui eos receperint, defenderint, occultauerintue c. pro humani de hom. in 6.

Domini temporales, qui prohibent ne homines ſibi ſubiecti, quippiam uendant, emãt, aliaue obſequia præſtent hominibus eccleſiaſticis c. eos de immunit. Eccl.

Qui eccleſias, & homines eccleſiaſticos compulerint

compulerint ad pedagia,& guidagia ſoluen da c.quamquam de cenſibus .

Qui regalia,cuſtodiam, uel titulum ad= uocationis , defenſionisue in locis pijs uacan tibus , uſurpare conantes , bona eccleſiaſti= ca occupant c.Generali de elec.

Clerici,qui locant domos manifeſtis uſu rarijs ad fœnus exercendum c.1 . de uſuris .

Qui fictione,fraudeue utuntur,ut iudex ipſe ad mulierem uadat pro teſtimonio c. Mulieres de iudic.in 6.

Vocati ad dirigendas moniales in ele= ctionibus faciendis , neque abſtinent ab his, unde in ipſis electionibus diſcordiæ oriri, nutririue poßint c.Indemnitatibus de elect.

Qui quaslibet perſonas eccleſiaſticas ad quas ſpectat electio in Monaſterijs,pijsue locis, aut eorum item conſanguineos,quouis modo offenderint , eo quod eligere noluerit perſonam , ad cuius electionem induceban= tur c.Sciant iuncti de elect.

Qui compellunt Prælatos , eccleſiaſti= coſue homines, ut eccleſias ſuas,earum præ= dia,iuraue laicis ſubijciant c. Conſultißime de reb.Eccl.non alie.

Pars , quæ procurat,ut de alijs, quam de

manifestis iniurijs, seu uiolentijs conseruatores se intromittant, uel suam ostendant potestatem ad ea, quæ iudicialem indaginem requirunt c. Hac constitutione de off. deleg.

Domini temporales, seu rectores, uel officiales eorum, circa negocium Inquisitionis contra hæreticos deficientes, & omnes, qui in hoc dederint consilium, auxilium, uel fauorem c. Vt Inquisitionis de hæreticis.

Qui in conclaue scriptum, nunciumue Cardinali cuipiam miserit aut secreto cum eo loquutus sit c. Vbi periculum de elect.

Domini, Rectores, & alij Magistratus Vrbis, oppidiuè, ubi Pontificis noui creatio tractatur, si diligenter ac inuiolabiliter ea non obseruarint, quæ sibi eo in negotio commissa sunt, ac si fraudem commisserint d. c. ubi periculum.

Qui non impetrata a Summo Pontifice facultate, nouum religionis habitum assummunt, uota nuncupantes, simulq; in communi uiuentes c. Vnico de relig. domib.

Qui reuocationem excommunicationis, suspensionis, interdictiue, aut absolutionem extorquent ui, uel metu c. 1. de ijs quæ ui uel metu.

Doctores,

Doctores, qui leges, aut medicinam docent religiosos, qui depositio suo habitu, nõ impetrata a superioribus facultate, ad studia publica se contulerunt c. 2. Ne clerici, uel monachi.

EX CLEMENTINIS.

Monachi, qui intra septa Monasterij, sine Abbatum suorum concessu arma tenent Clem. 1. de stat. mon.

Religiosi, qui proferunt aliqua, ut audiẽtes deterreant ab solutione decimarum c. Cupientes de pœn.

Qui prohibent sequestrationem beneficij, a Sede Apostolica decretam: qui item fructus, sequestri nomine depositos, occupare quouismodo audent Clem. 1. de sequestr.

Qui, postquam moniti fuerint, monialium, canonicarumue sæcularium uisitatores impediunt c. Attendentes Clem. de stat. monial.

Religiosi mendicantes, qui immoderate habitacula acquirunt, uel dimittunt, uel trãs ferunt in alios usus Clemen. Cupientes de pœnis.

Officiales communitatum, quiue potestate præditi, usuras quibusdam statutis souẽt Clem. de usuris c. 1.

Qui, gradibus consanguinitatis affinitatisue prohibitis, scienter matrimonium contrahunt: uel cum monialibus professis: quiue in religione, aut sacris ordinibus constituti, hoc admittunt c. 1. Clem. de consang. & affinit.

Qui in cimiterijs, interdicti tempore, in casibus iure non concessis, quoscunque, aut excommunicatos publice, uel nominatim interdictos, aut manifestos usurarios, scienter sepelire audent Clem. 1. de sepul.

Religiosi, qui administrationem, ecclesiasticae beneficia non obtinent, si decimas Ecclesiis debitas usurpare audent: nisi postquam moniti sunt, intra mensem desistant, & satisfecerint Ecclesiis duorum mensium spatio de damnis, quæ ob id passæ sunt Clemen. Religiosi de decim.

Religiosi non seruantes interdictum, positum auctoritate Sedis Apostolicæ, aut a loci Ordinario c. Ex frequentib. de sentent. excom.

Mulieres statum Beghinarum sectantes, aut

aut nouum fuſcipiunt: religioſi item qui eis conſilium, auxilium, fauoremue dant Clem. 1. *de relig. domib.*

IN EXTRAVAGANTIBVS.

Qui Clementinam *ad declaratione* Regulæ *Sancti Franciſci, Gloſis interprætantur In extra.* Nicolai *apud* Antonium *par. 3. tit. 24. c. 69.*

Qui perſeuerant, uel aſſumunt ſtatum, ſe ſtamue fraticellorum Bizochorum, Beghinarum, *& Prælati qui eis concedunt In extra.* Ioan. 22. *c.* Sancta Romana.

Qui bona eccleſiaſtica alienant, & alienata recipiunt abſque Sedis Apoſtolice *auctoritate* Paulus 2. *in extra.* Ambitioſe *de re eccl. non.*

Qui impediunt legatos, nunciosue Apoſtolicos *ne recipiantur, neque ea faciant, quorum cauſa miſſi ſunt* Ioan. 22. *in extra. commu. c.* Super gentes *de conſue.*

Qui librum, aut quamcunque ſcripturã imprimunt, imprimiue curant, niſi prius in urbe per Vicarium, *& ſacri pallatij* Magiſtrum. *in alijs uero diœceſibus ab* Epiſcopo

alioue perito homine, quem is delegerit, & ab Inquisitore liber, scripturaue comproba= ta sit Leo X. sess. x. in Conc. Lateran. & in Indice lib. prohib. reg. x.

EX CONC. TRIDENTINO.

Domini temporales, qui pro duellis committendis concedunt loca in ditionibus suis, pugnantes item, patrini, duelli spectatores: qui præterea consilium dant, uel facto, uel iure sess. 25. c. 22.

Raptores, qui item auxilium, consilium= ue dant sess. 24. c. 6.

Qui ingrediuntur septa Monasterij non impetrata scriptis ab Episcopo, Superiori= busue facultate sess. 25. c. 5.

Magistratus, qui rogati, auxilium non dant brachij sæcularis, ut clausura monialiũ seruetur sess. 25. c. 5.

Qui homines sibi subiectos, aut alios quosuis quoquomodo cogunt, ut minus libere matrimonium contrahant sess. 24. c. 9.

CASVS EXCOMMVNI-cationis, qui aliquando Summo Pontifici, aliquando Episcopis reseruati sunt.

INquisitores, & Commissarij eorum, uel Episcoporum, siue capituli, sede Vacante, qui pecuniam modis illicitis extorserint, aut scienter Ecclesiæ bona fisco, etiam Ecclesiæ ob delictum clerici adiudicare tentarint. Hic casus, ante satisfactionem, Papæ absolutioni reseruatur, post satisfactionem, Episcoporum absolutioni Clem. Nolentes de hæretic.

Qui effringunt, & spoliant loca sacra. incendiarij item. Hi casus ante denunciationem Episcopales sunt, post denunciationem uero Papales c. Conquesti, & c. tua nos de sent. excom.

Quicumque licentiam alicui dederit occidendi, capiendi, eum, qui excommunicationis sententiam tulerit contra Reges, Principes, Nobiles, eorumue ministros: aut eiusdem bona, suosq; offendendi, & illos item, quorum occasione talis sententia lata est. Hic si duorum mensium spatio resipuerit,

eius

eius absolutio Episcopo: sin minus, Papæ reseruatur c. Quicunque de sent. excom. in. 6.

LAVS DEO.

FINIS.

MVTINAE,

Apud Paulum Gadaldinum, & Fratres.

De licentia Superiorum.

DECRETA

PROVINCIALIS SYNODI RAVENNATIS PRAESIDENTE IN EA.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO IVLIO FELTRIO DE RVVERE.

Tituli ſancti Petri ad Vincula S. R. E. Presbytero Cardinali Vrbin. ſanctæ Rauenn. Eccleſię Archiepiſcopo.



IVLIVS CARDINALIS VRBINAS, ET ARCHIEPISCOPVS RAVENN.

Prouinciæ noſtræ fidelibus ſalutem in Domino.

VAE *à nobis ſuperioribus menſibus ex ſacri Cõcilij Tridentini præſcripto Reuerẽdiſſimis Coepiſcopis noſtris aſſentientibus Prouinciali Synodo ſancita ſunt, pro noſtro Archiepiſcopalis officij munere ad Dei omnipotentis gloriam, & fidelis populi ſalutem quanto citius fieri potuit typis excuſſa peruulgamus: ſperamus enim diuino*

auxilio freti hæc Decreta Prouinciæ *nostræ ualde necessaria, futura etiam saluberrima. Vos itaq; ea ut debetis, prompto animo suscipite, ac pietatis studio non pœnarum metu, pie sancteq; seruate, uocemq; pastorum uestrorum libenter audite: ut cum uenerit æternus ille* Pastor *noster* Christus Dominus *uos in ouibus suis numeret, quibus in regno patris sui sempiternæ beatitudinis pascua præparauit.* Valete *in* Domino *officij uestri memores.*

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS.

Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

NOS IVLIVS FELTRIVS DE RVVERE, TITVLI SANCTI PETRI AD VINCVLA S. R. E. PRAESB. CARDIN. VRBIN. ET DEI, *atque Apostolicæ Sedis gratia, S. Rauen. Ecclesiæ Archiepiscopus, de consilio & assensu Reuerendißimorum* DD. *Coepiscoporum nostrorum, in præsenti Rauen. prouinciali Synodo legitime congregatorum, hæc, quæ sequuntur, statuimus, & ordinamus.*

PROFESSIO FIDEI.

IN *primis uero fidei confessionem, ut decet, præmittentes, atque in hunc, qui sequitur, modum, eam, iuxta formam in Bulla*

fe. re. Pij Quarti *traditam, profitentes:* Cre*dimus, & profitemur omnia, & ſingula, quæ continentur ſymbolo fidei, quo ſancta* Romana Eccleſia *utitur, uidelicet,* Credo *in unum* Deum *patrem omnipotentem, fa-ctorem cœli, & terræ, uiſibiliũ omnium, & inuiſibilium.* Et *in unum* Dominum Ieſum *Chriſtum, filium* Dei *unigenitum, & ex pa-tre natum ante omnia ſæcula:* Deũ *de* Deo, *lumen de lumine,* Deum *uerum de* Deo *ue-ro, genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt: qui pro-pter nos homines, & propter noſtram ſalu-tem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de* Spiritu *ſancto ex* Maria Virgine, *& ho-mo factus eſt: crucifixus etiam pro nobis ſub* Pontio Pilato, *paſſus, & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: & aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram* Pa*tris: & iterum uenturus eſt cum gloria iu-dicare uiuos, & mortuos: cuius regni non erit finis.* Et *in ſpiritum ſanctum dominum, & uiuificantem, qui ex patre, filioque pro-cedit. qui cum patre, & filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per* Pro*phetas.* Et *unam ſanctam catholicam, &*

aposto-

Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipimus, & admittimus. Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de Iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplectimur, & recipimus.

Profitemur pariter in Miſſa offerri Deo uerum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro uiuis, & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe uere, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, una cum anima, & diuinitate domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ uini in ſanguinem: quam conuerſionem catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fatemur etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, uerumque Sacramentum ſumi. Conſtanter tenemus purgatorium eſſe, animaſq; ibi detentas, fidelium ſuffragijs iuuari: ſimiliter & ſanctos una cum Chriſto regnantes, uenerandos, atque inuocandos eſſe: eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe uenerandas.

Firmiter

Firmiter asserimus imagines Christi, ac deiparæ semper uirginis, nec non aliorum sanctorum habendas, & retinendas esse: atque eis debitum honorem, ac uenerationem impartiendam. Indulgentiarũ etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmamus.

Sanctam catholicam, & apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnoscimus: Romanoq; Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario uerã obedientiam spondemus, ac iuramus: cœtera item omnia a sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipue a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipimus, atque profitemur: simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, nos pariter damnamus, reijcimus, & anathematizamus.

Hanc ueram catholicam fidem, extra quã nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profitemur, et ueraciter tenemus, eandem integram, & immaculatam, usque ad

extremum uitæ ſpiritum, conſtantiſſime, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atque a noſtris ſubditis, uel illis, quorum cura ad nos in noſtro munere ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in nobis erit, curaturos.

Præſcriptam autem fidei profeſſionem, ex eiuſdem fe. re. Pij Quarti Bulla, omnino facere teneantur, quicumque de beneficijs Eccleſiaſticis, curam præſertim animarum habentibus, quouis modo prouiſi fuerint: quiuè in poſterum ad doctorales, uel magiſtrales gradus promouebuntur, ſeu hactenus ſunt promoti: ea ratione habita, ut qui nondum ſunt promoti, in ipſo promotionis actu, alij uero infra tempus ab Epiſcopo ſtatuendum, fidem ipſam profiteantur: necnon publice, uel priuatim, Theologiam, Canonicam, uel Ciuilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, atque alias bonas artes quaſcumque profitentes, legenteſuè, ſub pœnis in eadem Bulla contentis.

De Canonicatibus uero, atque alijs Eccleſiaſticis dignitatibus prouiſi, præter propoſitam fidei profeſſionem, in Epiſcoporum manibus faciendam, in ipſo quoque capitulo, infra duorum menſium ſpatium, a die adeptæ poſſeſſioni-

possessionis, ex sacri Tridentini Concilij præcepto, fidem profiteantur : ut fructus suos faciant : & adepta illis possessio suffragetur. Quod si capitulum in ea recipienda, negligens fuerit : grauiter, Ordinarij arbitrio, puniatur : si uero ipsius prouisi culpa id acciderit, ad distributiones, donec satisfecerit, non admittatur : nihilominus ad eam grauioribus pœnis propositis, faciendã, omnino cogatur.

In fidei autem professione facienda, præcipue obseruetur, ut publice, ac palam ab omnibus fiat, adhibitaque iam præmissa uerborum forma : necnon eandem per Episcopalis Curiæ Notarios de ea rogatos, in peculiari libro annotari, cum ipsius profitentis subscriptione, ad perpetuam rei memoriã, Episcopi curent.

DE HAERETICIS.

Cap. I.

QVOD *ad conseruandam Catholicæ fidei integritatem pertinet, ut ab eo potissimum exordiamur, quam maxime Episcopos hortamur ac monemus in*

Domino: *ut diligentißime in primis inuigilent, & attendant, ne uirus aliquod in tanta mali propinquitate ex infecta aliqua radice latenter ſubrepat, quod gregẽ, & eius paſcua inficiat, uel corrumpat: ſtudeantq; ut opportuna adhibeantur remedia, quæcunque ad populos in Orthodoxa fide continendos, facere uideantur: idque præ ceteris curent, ut conuenticulæ rudium, ac præſertim ſuſpectorum hominũ prohibeantur: de his, quæ ad fidem pertinent, ab idiotis præcipue, & literarum ignaris, nec publice, nec priuatim diſputetur: a Catholicis, & ſanæ doctrinæ Religioſis uiris ſermones, uel conciones quàm ſæpißime habeantur: & his ſimilia. Quod ſi putridum quid appareat, ſtatim reſecari prouideant: & quos ſemel infectos fuiſſe cognouerint, diligenter obſeruent.*

Cap. II.

IN Hæreticis, uel de hæreſi quoquo modo ſuſpectis perquirendis, & extirpandis, non ſolum uigilantißimi ſint Epiſcopi, atque Ordinarij omnes, quod præcipuum eſt eorum munus, uſque ad animam, & ſanguinem

ſanguinem exequendum, ſed etiam ſæculi Principes, ac Magiſtratus quoſcunque frequenter admoneant: quemadmodum eos monemus, & hortamur in Domino, ut Epiſcopis atque alijs ſacræ Inquiſitionis miniſtris auxilium, fauorem, & conſilium præbeant; quò Canonicas pœnas euitent: atq; enitantur, in hoc tam neceſſario ac præcellenti fidei negotio plurimum proficere: quo certe nil Deo gratius, aut populis ſalubrius excogitari poteſt.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

Cap. I.

DOSTERIOREM *Librorum prohibitorum Indicem, cum ſuis regulis, Epiſcopi ad unguem obſeruari faciant: Bibliopoliisq;, atq; Impreſſoribus, quæcunq; ad eos pertinent, ad memoriam ſæpe reuocari curent; ne in aliquo delinquentes, pœnas contra eos ſtatutas incurrant.*

Cap.

DECRETA PROVINC.

Cap. II.

ANimaduertant præterea Episcopi, *in quorum diœcesibus imprimēdi ars exercetur, ut libri atque opera quæcunque, antequam imprimantur, exactißime perlegantur, atque ubi opus fuerit, castigentur: cum primum uero typis excußa fuerint, non antea ex officina exeant, aut uenalia proponantur, quam cum originalibus diligentißime conferantur: eademq; subsignata ad perpetuā rei memoriam fideliter conseruētur.*

Cap. III.

EPiscopi *non solum in eos, qui libros, quauis ratione prohibitos retinent, sed etiam in omnes sacræ Scripturæ uerbis ad iocum, assentationem, contumeliam, superstitionem, atque alios profanos usus abutentes, seuerißime animaduertant.*

DE VERBI DEI PRAEDICATIONE.

Cap. I.

NON *ambigitur, Episcoporum munus in pascendo grege, ac diligenter in fide erudiendo, potißimum uersari. Proprium itaq; munus agnoscentes Episcopi*

Episcopi ipsi illud pie, ac fideliter exequi satagant: & spiritualem panem esurientibus frangant: sæpe recolentes, ouium suarum sanguinem ex eorum manibus esse requirendum: Quod sane officium, si per seipsos, ut decet, legitime præpediti obire nequeant: idoneos uerbi Dei ministros, iuxta sacri Tridentini Concilij decretum eligendos, sibi ipsis adiungant: qui eorum uices omni diligentia, & pietate suppleant: atq; in primis attendant, ut eorum sana sit, & illibata doctrina, ne mala sibi electio imputari possit.

Cap. II.

HAEc autem præcipue a uerbi Dei prædicatoribus quibuscunque obseruentur. ne quæstionibus inutilibus, aut fabulosis, uel iocosis uerbis, aut dubijs, uel implicitis sermonibus, audientium mentes occupent: ab Historijs apocryphis, miraculorumque nõ approbatorum recitatione abstineant: hæreticorum opiniones, & argumenta (nisi id urgens rei necessitas postulet) quanto minus fieri potest, nominatim recensеant, sed omnino refellant: uitia generatim reprehendãt: & Saluatoris exemplo, populorum uitam componere,

componere, atque instituere studeant: in aliquem tacite, uel expresse non inuehantur: Prælatos, & Magistratus pie, ac reuerenter admoneant, subditosque ad eorum obedientiam excitent, & hortentur: quibus de rebus, atque alijs huiusmodi, sacrarum concionum tempore, ab Episcopis, & Curatis omnibus Prædicatores præmoneantur, ut quid magis, uel minus pro loci, & popularium peccatorum qualitate, sit audientibus enunciandum, intelligant: doceanturq; in uitijs redarguendis, atque animis Deo reconcilian dis, potißimum sibi esse elaborandum: reiectis quibuscunque ad ostentationem, & fastum tantummodo facientibus.

Cap. III.

ORdinarij omnes in proprijs, & subditorum Ecclesiis, ubi commode fieri potest, statutis a Tridentino Concilio diebus sacras conciones haberi curent: quibus non solum ipsi frequenter intersint, sed & clericos loci uniuersos adesse curent.

Cap. IIII.

DEi uerbum quocunque anni tempore, diurnis horis prædicetur. Item pas-

sio

ſio domini noſtri Ieſu Chriſti luceſcēte die, non autem noctu, per Prædicatores enuncietur: prouideantq; Epiſcopi, ne quid per illos, eo tempore, uel etiam alias quandocunque dicatur, aut fiat, etiam ad lachrymas prouocandas, quod a Chriſtiana diſciplina aliquo modo abhorreat, & a tanti myſterij dignitate ſit alienum.

Cap. V.

PRouideant inſuper Epiſcopi, quo ad eius fieri poteſt, ut concionibus fœminæ ſeorſum a maſculis in Eccleſiis interſint: atque ita diſponantur, ut a maribus, religionis, ac honeſtatis gratia, diſtinguantur.

Cap. VI.

NE uero aliqua inter Parochos, & populos ſibi commiſſos, de alendo Prædicatore, eique de aliqua eleemoſyna prouidendo, ut ſæpe fit, diſſenſio habeatur, ſtatuimus, & ordinamus laudabiles locorum conſuetudines inuiolabiliter amplecti debere: in dubio autem ſuperiores admoniti, quod ſibi magis expedire uidebitur: efficiant: ac Parochorum præſertim pauperū,

quo

quo magis fieri potest, indēnitati prouideāt.

Cap. VII.

IN *prædicatore autem eligendo inhibe-mus, ne sæculi potestates,* Magistratus, *aut* Vniuersitas *aliqua ullo pacto se se inge-rat, cum hoc totum munus ad* Episcopos, *&* Ecclesiarum Rectores *ex sacrorum* Canonū *dispositione pertineat. qua in re si difficul-tas aliqua suborta fuerit, ad* Ordinarii *defe-ratur: qui modis omnibus* Ecclesiarum *im-munitati consulat, sicuti magis conducere existimauerit.*

DE LECTIONE THEO-LOGICA.

Cap. I.

THEOLOGIAE *Lec-tor, ubi commode fieri potest,* sæcularis Cleri-cus, *sin minus* Regularis *in subsidium, in unaqua-que* Cathedrali Ecclesia, *ac etiam collegiata insigni extra* Ciuitatem *per* Ordinarios *adhibeatur: statuta eidem*

congrua

congrua mercede, uel ex præbenda proxime uacatura, uel alio quouis modo, iuxta Tridentini Concilij decretum, ueluti magis unicuique Prælato uidebitur, & Ecclesiæ suæ qualitas patietur.

Cap. II.

Is autem, qui lectioni huiusmodi deputatus fuerit, statis diebus, & horis iuxta Episcopi præscriptum, sacræ Scripturæ libros, atq; alios pro casuum pœnitentialium cognitione, a Curatis, & Sacerdotibus habenda, Clero præsertim, per anni circulum, in loco per Episcopum designato interpretabitur: cuius Lectioni, ut tam maioris, quam minoris gradus Clerici frequẽter intersint, non solum Episcopi curent, sed etiam sæpissime singulos illius auditores, ut in huiusmodi lectione proficiant, hortentur, & admoneant.

DE SCHOLIS ET MAGISTRIS.

Cap. I.

Vt Literarij ludi, bonarumq; artium Magistri, non tam doctrina, quam fide orthodoxa,

orthodoxa, ac bonis moribus ornati, ab his, ad quos pertinet, eligantur, Episcopi atq; alij locorum Ordinarij exactißimam curam adhibeant: cum ex hoc ipso potißimum pendeat adolescentium salus, & incorruptarum ac uitæ institutio & disciplina.

Cap. II.

CAueant autem maxime profitentes huiusmodi, ne libros aliquos, obscœna, uel turpia tractantes, discipulis legendos, uel interpretandos proponant: studeantque commissos eorum disciplinæ pueros honestis moribus, in flexibili illa ætate, & ad malum prona, decenter imbuere: scientes se se de ipsorum negligentia, Deo primum rationẽ reddituros, ac propterea sibi maxime cauendum esse, ne rebus pessimis uel profanis initientur.

Cap. III.

VT ergo nullus sit hæsitandi locus, & uia omnis fraudibus præcludatur, statuimus, & ordinamus, ne quis literarium ludum per comprouinciales Diœceses aperiat, uel priuatim profiteatur, nisi facultate ab Ordinario prius gratis obtẽta, ac fidei professione emissa, sub illius arbitrij pœna: cum

cum ſæpe re ipſa compertum ſit, lupos ſub ouina pelle delituiſſe.

Cap. IIII.

MEminerint præterea Epiſcopi, puerorum ſcholas, ne dum gymnaſia, ubi iuuentus publice profitetur, ex officio ſibi eſſe uiſitandas: qua in re plurimum confidimus omnem curam ab eis fore impendendã. Hortamur autem ſæculi Principes, & Magiſtratus quoſcunque, ut Epiſcopis uiſitantibus faueant: ac eoſdem, proprium munus obeuntes, perturbari nullo pacto patiantur.

Cap. V.

ILlud inſuper decernimus, ut Ordinarij in quorum diœceſibus generalia, uel quæuis alia ſtudia uigent, id prouideant, ne concluſiones aliquæ, publice uel priuatim oſtentandi ingenij cauſa, uel alia quapiam ratione diſputentur, aut defendantur, antequam per eos examinentur, & approbentur: quacumque conſuetudine, non obſtante: nec itẽ patiantur diſputationes, quæ ſine clamoribus fieri non poſſunt, de cœtero in ſacris ædibus haberi, ſub eorum arbitrij pœna.

DECRETA PROVINC.

DE SANCTORVM RELIQVIIS.

Cap. I.

SANCTORVM Reliquiæ honestißimis in locis, ac decoris uasculis, in Ecclesiis asseruentur. non sine luminibus populo exhibeantur: nec temere, & sine Ordinarij licentia, ex propriis locutis extrahantur: ne ue ad inspiciendum, uel tangendum alia quapiam ratione, quam deuotionis gratia proponantur. pro certis autem non nisi illæ habeantur, quæ rite fuerint ab Episcopis approbatæ. quæcunque uero pro Reliquijs sunt habitæ: honestatis causa, decenti ac tuto loco recondãtur.

Cap. II.

SI quas uero Reliquias, de nouo detegi, aut exhumari contigerit, Episcopi prouideant, nec incertæ pro certis habeantur: & quod Religioni, ac pietati consentaneum uidebitur, adhibito quoque piorum, ac religiosorum hominum consilio, decernant.

Cap.

Cap. III.

ABusus quoque, si qui forsan in Reliquiarum ueneratione, aut uisitatione irrepsisse uideantur, ab Episcopis quam primum tollantur: ne piorum animæ sub falsitatis imagine decipiantur. Eam autem uenerationem Sanctorum reliquiijs ab omnibus exhiberi, & doceri Episcopi curent, quam sacrosancta Tridentina Synodus decreuit.

DE SACRIS IMAGINIBVS.

Cap. I.

IN sacris imaginibus effingendis, id primum uitetur: ne insolita aliqua imago, uel insolito modo pingatur, sculpatur, uel apponatur: præsertim in Ecclesijs, atque alijs pijs, & religiosis locis. Nihil præterea indecens, indecorum, lasciuum, profanumue, habitu, uel uultu, ac toto corporis statu adhibeatur: atque huiusmodi diuinæ imagines existant, ut in illis inspiciendis pietas excitetur: nec quicquam in eis appareat, quod prototypo, ac exemplari suo, ex approbata Ecclesiæ consuetudine,

sine, non conueniat.

Cap. II.

MAndamus propterea eius generis artificibus quibuscunque, atque imaginum effingendarum curatoribus, ut non nisi de Episcoporum, uel Parochorum licentia, sacras imagines quouis modo effingere, uel in Ecclesiis, pijsq; locis apponere præsumant: & quæ hactenus appositæ sunt, si secte non habeant, eas Episcopi deleri, corrigi, uel instaurari faciant, eorum sumptibus, ad quos ea res pertinet, sub eorum arbitrij pœnis.

Cap. III.

QVod autem ad ipsarum sacrarum imaginum cultum, & uenerationem attinet, eam pariter reuerentiam, & honorem illis Episcopi impendi curent, quam sacrosancta Tridentina Synodus statuit: idque sæpius populos edoceri studeant.

DE MIRACVLIS.

IN nouorum miraculorum approbatione formam a sacro Tridentino Concilio traditam, Episcopi diligenter obseruent. Sed quoniam

quoniam ſæpe, uulgi concurſu, & populi clamore, quid pro miraculo promulgatur, quod uere non eſt, ſtudeant Epiſcopi ſummopere, cum ſe ſe offert occaſio, ut primis illis uulgi clamoribus obſiſtant, donec miraculi ueritas habeatur, ac legitime comprobetur: ne falſa pro ueris recipiantur, atque incerta tolerando, eadem approbare uideantur: ad Populi nihilominus deuotionem & pietatem, quantum Catholicæ fidei ratio patitur, reſpicientes, dubia quæcunque iuxta eiuſdem Concilij decretum, quam primum decernantur.

DE SACRORVM GESTORVM REPRAESENTATIONE.

SCRIPTVRAE *Sacræ hiſtoriæ, Sanctorum martyria, & actiones, aut etiam Domini noſtri Paſſio, quaſi ex ſcæna, ſeu alio quocunq; modo, ſiue in ſacro, ſiue in profano loco, aut etiam in Monialium Monaſterijs, nullatenus repreſententur: cum exemplo conſtet, ex ijs aſtan-*

tes magis oblectari, & ad risum, ac scanda-lum sæpius excitari, quam ad pietatem ac-cendi: nisi aliud pro populi deuotione, ac rei & temporum conditione Episcopis, ex rationabili causa, uideatur, qui re ipsa dili-genter cognita, quod pietati conducere pro-spexerint, pro eorum prudentia statuent.

DE FESTORVM DIERVM CVLTV.

Cap. I.

FESTORVM dierum reuerentiam, ore nobis Dominico propositam, Episcopi, atque alij Ordi-narij omnes, honore debi-to prosequentes, diligen-ter curent, ut Dominici dies, & alij ab Ec-clesia recepti, præcipue uero in honorẽ Dei, Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Apo stolorum feriati, omni, qua decet, ueneratio-ne, iuxta Sanctissimi D. N. D. Pij Quinti Bullam, per eorum ciuitates & diœceses ob-seruentur. Omnes Christi fideles in diebus huiusmodi, Ecclesias frequentent: diuinis officijs

officijs deuote incumbant: atque eo potißimum tempore ab illicitis quibuſcunque abſtineant. Qui uero feſtis diebus illicitum opus aliquod facientes, deprehenſi fuerint, ex quo lucrum præcipue ſibi redundet, præter diuinam ultionem, & alias pœnas ex eiuſdē Bullæ diſpoſitione inflictas, grauiter quoque pro modo culpæ, ex Epiſcopi arbitrio, puniantur.

Cap. II.

ILlas præterea feſtiuitates, quæ iuxta locorum conſuetudinem ſolemniter celebrari conſueuerunt, eadem conſuetudine ſeruata, propoſitis itidem ex arbitrio pœnis, eiuſdem Bullæ auctoritate, debita cum reuerentia Epiſcopi obſeruari curent.

Cap. III.

PRædicta uero omnia, non ſolum in ciuitatibus, & oppidis, Epiſcopi feſta ſeruari ſtudeant, ſed etiam per agros & uillas, quibus in locis a ruſticis, & uillicis hominibus, in hoc ſæpe delinquitur. quod crebris Parochorum admonitionibus, & executorum adhibita diligentia, conſequi poterunt.

DECRETA PROVINC.

Cap. IIII.

VT *autem Diui Appollinaris primi Ra uenn. Eccleſiæ Antiſtis, & martyris glorioſi, aliorumq; undecim Archiepiſcoporum, qui per columbam electi fuere, memoria digne ac pie habeatur, prædeceſſorũ noſtrorum ueſtigijs inhærentes, & eorum decreta innouantes, Statuimus, ut a comprouincialibus Epiſcopis in ſuarum Eccleſiarũ Calendarijs, eorum nomina perpetuo aſcribantur, ubi id conſuetudo ferat, & eorum feſta celebrentur.*

Cap. V.

QVæcunque uero *a fidelibus feſto tempore uel agenda, uel uitãda ſint, populos ex ſui officij debito, Epiſcopi, commoneri faciant: quo maior feſtis diebus reuerentia, ut par eſt, ab omnibus præſtetur.*

DE IEIVNIORVM OBSERVATIONE.

Cap. I.

SACRA *ieiunia quæcunque ex Eccleſiæ inſtituto indicta, pariter ab omnibus obſeruari, Epiſcopi ſtudeant. quiſquis autem eadem*

eadem legitima ceſſante cauſa, uiolare præ-ſumpſerit, præter Diuinam ultionem, quā-cibis utendo uetitis, ipſo iure incurret, gra-uiter quoque Ordinarij arbitrio, ſi id abſque rationabili cauſa factum fuiſſe conſtiterit, puniatur, præſertim ſi ſæpius in illud idem crimen inciderit.

Cap. II.

IEiuniorum tempore, ac præcipue Qua-drageſimæ, uetiti cibi pro imbecillium ac infirmorum uſu, non alibi, aut ab alijs uendan-tur, quam in ſtatutis locis, & ad id deputa-tis: ac non niſi ex cauſa ab utroque Medi-co comprobanda, ac licentia ab Ordinario, uel eius Vicario, ſeu deputatis ab eis gratis ſubſignata, & obtenta, ſub pœnis ex arbitrio ſtatuendis. extra Vrbes uero, & oppida a Parochis licentiæ huiuſmodi ex rationabili ac urgenti cauſa dumtaxat, ubi Medici con-ſilium haberi non poteſt, ac ſimiliter gratis concedantur: cum his tamen conditionibus, quæ ſuis Epiſcopis neceſſariæ uidebuntur.

Cap. III.

CIbos inſuper ieiuniorum ſolemnium tempore prohibitos coquentes, uel ad eſum quoquo modo parantes, aut abſque præ-

dicta licentia ementes, uel participantes, ſeuerius ab Ordinarijs ipſis plectantur: & ſi ſit opus, & culpæ qualitas id expoſcat, in ſubſidium quoque excommunicentur.

Cap. IIII.

QVæ uero *ieiunij diebus obſeruari uel uitari debeant,* Epiſcopi *populos edoceri curent: eoſq; moneant, ieiuniorum tempore non ſolum a cibis uetitis eſſe abſtinendum, ſed etiam ex præſcripta ab* Eccleſia *forma, ieiunandum, ubi quis a ieiunij præcepto, aliquo rationabili iure non ſubtrahitur, aut excuſatur.*

DE MALEFICIIS, ET INCANTATIONIBVS.

Cap. I.

MALEFICOS *& maleficas quoſcunque cum incantationibus, ligaturis, ac remedijs omnibus, quæ non commendat ars* Medicorum, *ex ſacrorum Canonum diſpoſitione,* Epiſcopi *puniant: & ſi ita opportere intelligant, de huiuſmodi crimine*

mine uehementer, etiã ſuſpectos, a ſuis diœceſibus eliminent. quod ſi forte, uel homicidæ fuerint, uel in eorum maleficijs aliquis ſacramentorum abuſus interceſſerit, legitime puniendos curent.

Cap. II.

RES præterea quaſcunque ad maleficia paratas exhibentes, propinantes, uel miniſtrantes, item hi qui flagitia huiuſmodi affectauerint, uel cum eadem profitentibus participauerint, excommunicentur, atque aliter pro modo culpæ, ex arbitrio puniantur: necnon cum dæmone tacite uel expreſſe quicunq; conuenerint, & a Catholica fide quoquo modo apoſtatauerint, maleficij cauſa, adhibito etiam Inquiſitore, canonicis pœnis afficiantur.

DE SVPERSTITIONIBVS.

Cap. I.

SVPERSTITIOSAS, & uanas populi obſeruationes, quæcunque ſint, Epiſcopi tolli, & ab ouibus ſibi commiſ

sis, ueluti rem perniciosissimam uitari curẽt: concionumq; tempore, atque alias quandocunq; opportunum uideatur, hæc atque alia huiusmodi a recta fide aberrantia, subditos cauere moneant, & graui quoque pœna proposita ex sacrorum Canonum decreto, compellant.

Cap. II.

CErtum insuper candelarum numerum, cum uana quacũq; obseruatione, ad morbos præsertim ex uulgi opinione repellendos, uel ad maleficia perpetranda, siue in Missæ sacrificio, siue alias quomodocunque, adhiberi prohibemus, sub arbitrij pœna: clerici uero consentientes, uel id fieri permittentes, aut sciẽtes, nec ad Episcopum deferentes, ab eo grauiter: puniantur.

DE BLASPHEMIA.

Cap. I.

IN blasphemos quam maxime, ut reatus qualitas exigit, insurgentes, statuimus, tam laicos, quicunque sint, quam clericos, qui Deum, & Dominum

minum noſtrum Ieſum Chriſtum, uel glorioſam Virginem Mariam, eius genitricem, expreſſe blaſphemauerint, pœnis in Bulla Sanctiß. D. N. Pij Quinti contentis omnino afficiendos eſſe. Si uero reliquos ſanctos maledictis laceſſerint, uel eorum nomini detraxerint, pro perſonæ & culpæ qualitate, ex eadē Bulla, Ordinarij arbitrio corripiantur.

Cap. II.

BLaſphemantium parentes, aut domini, filios, uel miniſtros, blaſphemandi conſuetudinem deſerere nolentes, obiurgent, deſerant, & incorrigibiles eijciant, ne & ipſi diuinæ Maieſtatis rei, tantum ſcelus perferendo, conſtituantur: quod & in eorum receptatoribus locum habere decernim.

Cap. III.

SAEculares quoque Poteſtates, ac Magiſtratus, in blaſphemos inſurgere monemus, & hortamur in Domino, ut indulgentiam a poſteriore Lateranenſi Concilio illis conceſſam conſequantur, neue pœnas quas ab alijs ſumere prætermiſerint, ex eiuſdem Concilij decreto, in ſeipſos conuertant.

DECRETA PROVINC.

Cap. IIII.

STudeant autem Episcopi modis omnibus, hoc execrabile blasphemiæ scelus abolere: quod ut facilius assequi possint, uehementer hortamur, ut Societates nominis Dei in eorum ciuitatibus, & diœcesibus instituí curent: iuxta regulam eidem Societati præscriptam, una cum Indulgentijs in Bulla fel. rec. Pij Quarti desuper edita contentis.

DE CATHEDRALI ECCLESIA VACANTE.

Cap. I.

QVOTIES Dei uoluntate, cathedralem aliquam nostræ huius Metropolis ecclesiam, uacare contigerit, defuncti pastoris exequias, ipsius uacantis ecclesiæ Capitulum, Clericis omnibus adscitis, quo decet studio, ac pietate celebret: illiusq; animam frequenti Missarum sacrificio, alijsq; sacris precibus, in quibus ejus tam orbatæ ciuitatis, quam diœcesis ecclesijs, de more adhibitis, Deo plurimum commendari

commendari curet . quod item Episcopos comprouinciales omnes, fraternæ charitatis memores , accepto de alicuius Episcopi dormitione nuncio, quamprimum facturos esse confidimus : quemadmodum eos , ne id ullo pacto facere prætermittant, prædecessorum nostrorum uestigia sequentes , plurimum in Domino cohortamur . Tum publice suppli cationes & priuatæ orationes iuxta sacri Tridentini Concilij monita decernantur: quibus uniuerso clero adstante a Deo religiosissime postuletur, ut eum uiduato gregi Pastorem cõcedere ex sua largitate dignetur, qui tanti ministerij munus digne, ac laudabiliter exequi possit .

Cap. II.

CVret autem uacantis ecclesiæ Capitulum, infra præstitutum ab eadem Tridentina Synodo tempus (ne ius huiusmodi ad Superiorem deuoluatur) ex eiusdem Synodi decreto , ut Oeconomus , ac Vicarius orbatæ ecclesiæ eiusmodi eligantur , qui eorum munus exequi , ac futuro Pastori optimam de seipsis rationem reddere possint, caueant autem præcipue, ne dimissorias ad ordines , nisi post annum, quo Sedes ipsa uacauerit,

uerit, uel nisi aliquis iure arctatus existat, cuiquam concedāt, ex eiusdem Concilij Tridentini decreto.

DE PROMOVENDIS AD CATHEDRALES ECCLESIAS.

Cap. I.

QVICVNQVE mandatū Apostolicum de aliquo ad Cathedralem ecclesiam regendam examinando, susceperit, eum per uiscera misericordiæ Dei nostri obsecramus, ut omnem curam, mentem, & cogitationem pro sua ipsius conscientia exonerandā, ad huiusmodi examen recte conficiendum, adhibeat: memineritq; uel ex hoc ipso potißimum, populi salutem, & orbatæ ecclesiæ dignitatem pendere, ut Pastor uere dignus assumatur, quiue præesse, ac prodesse sciat: & propterea in re tam necessaria, quam maxime esse animaduertendum.

Cap. II.

HAEc autem examinis formula, ut sacri Tridentini Concilij monitis obtemperemus,

temperemus, a nobis in præsenti Synodo, pro assumēdis ad Cathedrales Ecclesias Sanctissimi D.N. *arbitrio comprobanda, præscribitur, ut accepto Apostolico mandato ab Episcopo cui dirigitur, primum per testiū, quo fieri poterit grauiorum, examen, cui ipsemet Episcopus præsit, super promouendi uita, moribus, & ætate, quam diligentissime inquiratur, his uel similibus interrogationibus, propositis quæ sequuntur.*

Primo, an ex legitimo matrimonio, an ex catholicis parentibus ortus. ubi, qualiter, & a quibus educatus: qualisue a pluribus annis citra fuerit illius uita, & conuersatio. an infamia unquam notatus: uel de aliquo crimine inquisitus, uel suspectus: an unquam apostatauerit, uel publice pœnituerit. an bigamus. an, & a quo tempore sacris initiatus. an sanæ mentis, timoratæq; conscientiæ. an, & qualiter aliquam aliam ecclesiam rexerit. an domui suæ bene præsit. an aliquo corporis uitio, ac præcipue exitiali morbo laboret. Item de animi dotibus, modestia, affabilitate, prudentia, sobrietate, continentia, & eiusmodi. an trigesimum annum expleuerit. an in aliquo publico gymnasio profes-

sus

fessus fuerit. & an sit denique eis moribus, & uirtutibus ornatus, ut in Ecclesia Dei non immerito præsul esse possit.

Cap. III.

*CVm uero in promouendis ipsis scientia maxime sit necessaria, idcirco quãuis aliquis in uniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, uel iure Canonico sit promotus, seu etiam publicum alicuius Academiæ testimonium doctrinæ suæ ostendat, ut omnino uia fraudibus præcludatur, is nihilominus examinis periculo subijciatur. Adhibitis itaq; non pauciorib*us *quam tribus, iuxta promouendi professionem Theologiæ, seu iuris Pontificij peritis, duo illi puncta, seu articuli assignentur: quibus post integri unius diei & noctis interuallum congrue respondeat: atque ad interrogationes super illis, ex tempore faciendas, apte eruditeq; iuxta ipsius Episcopi conscientiam, ac peritorũ iuratorum relationem repticet. Quibus peractis ad fidei professionem admittatur: atque omnia a Notario, qui examini interfuerit, in instrumentum relata, & ab Episcopo obsignata, ad Sanctissimum Romanum Pontificem*

Pontificem fideliter deinde transmittantur.

DE EPISCOPI QVALITATE ET DIGNITATE.

Cap. I.

ILLVD *primum Episcopi ex sacri Tridẽtini Cõcilij præcepto admonentur, ut Pastores se se, non percussores constitutos ese se existiment: nec dominandi quidem causa, sed ut subditos suos uti fratres, ac filios, ament, arguant, obsecrent, increpent in omni patientia & doctrina. In puniendis autem delictis, seueritatem cũ mansuetudine temperent, medicosq; imitantes, a leuioribus ad grauiora remedia descendant, atque alia huiusmodi in hoc genere obseruent, iuxta saluberrimum præfati Concilij decretum.*

Cap. II.

SVbditi uero ita Episcopos ipsos tractẽt, *ut nullum obsequij genus erga illos prætermittant, quod ad eorum dignitatem tuendam pertineat, reuerentiam, atque obedientiam omnem illis exhibentes, ac deferentes:*

eorum

eorum admonitionibus, præceptisq; obtemperent, & acquiescant. ueluti parentes eosdem uereantur, & ament, illis non detrahãt, sed subditos se se ad propriam ipsorum salutem, semper agnoscant.

Cap. III.

SAEculi quoq; Principes, & Magistratus omnes quo maiore fieri potest animi affectu, hortamur & obtestamur in Domino, ut Episcopos pro eorum dignitate venerentur: ac nullo pacto patiantur, ut in obsequijs quibusq; Episcopali ordine minime congruentibus, ipsis inseruiant: ne diuinam ultionem incurrant. Episcopos uero ipsos, enixe admonemus, ut a sacri Concilij Tridentini decreto, quo ad obsequia per eos Principibus impendenda, minime discedant: meminerintq; si secus fecerint, in unaquaq; Prouinciali Synodo, non sine eorum dignitatis nota culpæ suæ rationem sibi reddendam esse.

Cap. IIII.

SIt autem Episcoporum uita, & conuersatio irreprehensibilis, qualem Dei ministros decet: prorsusq; enitantur, ut a quacunque uel leui, mali suspicione, ne dum

ab

ab ipso malo caueant: atque ita seipsos, ac domos suas componant, ut cæteris sint exemplo, nec iure merito redargui possint.

Cap. V.

SIt præterea non nimis lauta, sed frugalis Episcoporum mensa, spiritualis alicuius lectionis pabulo condita: quam & benedictio præcedat, & gratiæ subsequantur. Supellex nõ sumptuosa uel superflua, sed moderata existat: omnisq; luxus uitetur: & quæcunque ab Apostolicis traditionibus, ac sacrorum Canonum dispositione super his, quæ ad uitam, & mores pertinẽt, aliquo modo abhorrent, penitus Episcopi ipsi ab illis abstineant. parsimoniam, quæ tantopere nos Deo commendat, omnino sectentur: ut eo uberius, his quæ supererint, pauperum indigentia subleuari, & Ecclesiæ ipsæ commodius instaurari, ac exornari ualeant. Familiares uero numero, ætate, & qualitate tot habeantur, quot pro cuiusq; Episcopi dignitate congruere uidebuntur: sintq; & ipsi religione, ac pietate conspicui, nemini ullam offensionem dantes. Si quis uero in præmissis reprehensibilis unquam (quod absit) extiterit, de immoderata sua ipsius actione

merito

merito redarguetur.

Cap. VI.

MEminerint *præterea* Epiſcopi, *quod ualde populos ædificat, & ad religionem excitat, ut ſæpe publice, quam ſæpiſſime priuatim, feſtis præſertim diebus,* Miſſæ *ſacrificium celebrent, ac* Diuinis *interſint: ſtudeantq;, ut omnia in earum eccleſiis recte, atque ea, qua decet, maieſtate, ac pietate peragantur.*

Cap. VII.

IN *eccleſiaſticis autem bonis diſtribuendis, quicunque bene præeſſe uoluerint* Epiſcopi, *atque alij eccleſiæ prælati, qui communes omnium, præſertim ſubditorum, parentes exiſtimantur, illam potiſſimum rationem ſeruent, quam ſacri* Canones *ſtatuerũt: miſerabiles uero ſuarum ciuitatum, ac diœceſium perſonas, præcipue reſpiciant, atque in neceſſitatibus protegant, earumq; egeſtati paterna charitate ſuccurrere non differant, aut ullo modo prætarmittant.*

DE EPISCOPORVM RESIDENTIA.

Cap. I.

ANIMADVERTANT *in primis Episcopi sibi minime licere a propriis Ecclesijs abesse, ni si ex causis a sacro Concilio Tridentino comprobatis, quo, præter mortalis peccati reatum, alias quoque pœnas ab eadem Synodo in absentes statutas, euitent: sciantq; de commissis hoc in genere se se in prouinciali Synodo rationem reddituros. Libenti itaq; ac hilari animo Episcopi ex proprio munere, & conscientia in eorum Ecclesijs, uel diœcesibus resideant: ne si desertas oues, pastore nesciente lupus comedat, id sibi culpæ, ac ui-tio dari possit.*

Cap. II.

NE sit autem ociosa prælatorum residentia, pōtificalia munia per seipsos Episcopi obeant, nisi legitimo impedimento detineantur. promouendorum ad ordines, ac

si

si fieri potest, de beneficijs etiam prouiden=dorum examini ipsimet præsint. subditorũ pacem inquirant, & prosequantur. loca pia quæcunq;, ac præsertim clericorum semina=ria, & monialium monasteria recte curari studeant, atque alia omnia quæ pastoralis sunt muneris in Domino exequantur, quo frugifera sit, ac populo salutaris, Prælati cuiusque residentia.

DE VISITATIONE.

Cap. I.

DIOECESES suas Episcopi, atque alij locorum Ordinarij singulis annis uisitare, si per earum amplitudinẽ liceat, alioquin infra biennium ex sacri Tridentini Concilij præcepto non prætermittant. Scopus autem in uisitando præcipuus is sit: religio & pietas, uitiorum expulsio, lapsorumq; morum, & ecclesiasticæ disciplinæ reparatio. quos autem uisitant, inutili sumptu non grauent: exquisitiores epulas deuitent, ne uisitatis clericis plus

æquo

æquo sint oneri : quos ue modum excedere compererint arguant, atque compescant. Quanto uero citius fieri poterit, ecclesiæ cuiusque uisitationem, commode tamen, absolui ducernimus, plurimum confidentes Episcopos ipsos in comitatu, atque alijs ad uisitationem pertinentibus, pro eorum prudentia, ea moderatione usuros, ut merito reprehendi non possint, nec alicui conquerendi occasio præbeatur.

Cap. II.

VIsitantes autem suas Diœceses Episcopi prospiciant, qua ratione pauperum Ecclesiarum Rectoribus, ac Præsbyteris consuli possit, ne dum suo recte funguntur munere, egestate laborent. quod si nulla ratio iniri possit, qua curatorum miseria subleuetur, summum Pontificem ea de re consulant.

Cap. III.

VBicunque uero urbanæ alicuius Parochiæ fines, extra locorum mœnia protendi contingat, animaduertant Episcopi, ne Parocho intra urbem, uel oppidum pernoctante, quæ foris sunt animæ periclitentur. idcirco prouideant, ut, uel alicui uiciniori Parochiali Ecclesiæ forensi, familiæ

extra

extra mœnia constitutæ aggregentur, uel ecclesia de nouo in suburbijs, ubi id per Rectoris, & forensium Parochianorum facultates liceat erigatur, uel alia aliqua ratione, præsentis decreti auctoritate, huic malo Episcopi ipsi succurrant, prout magis expedire uidebitur.

Cap. IIII.

DIligenter quoq; uisitando perpendant Episcopi, ut ubi Parochiæ sunt amplior es, seq; nimis late diffundentes, populorum commoditati, ac saluti aliqua ratione prouideant: uel nouas erigendo Parochias ex eiusdem Concilij decreto, si fieri potest, uel alteri proximiori ecclesiæ, quod longius absit, aggregando, uel commendando: prout satius fore iudicauerint.

Cap. V.

VBi uero ita numerosus populus existat, quamuis latius non diffundatur, ut sacerdos unicus minime sufficiat, uel aliæ Parochiæ Episcoporum iudicio constituantur, uel tot sibi sacerdotes adiungere, iuxta eiusdem decreti formam, Rector ipse cogatur, quot sufficere possint, eiusdem rectoris impensa alendos, ubi ecclesiæ facultates, &

& emolumenta, pluribus ſuppetere ualeant: alioquin qua commodiore uidebitur uia, ab Epiſcopis huic incommodo conſulatur.

Cap. VI.

PRouideant inſuper Epiſcopi uiſitantes, ne in ſacramentis adminiſtrandis ubi flumina tranſmeare oportet, ſacra præſertim Euchariſtia fluminis periculo exponatur, quod ualde abominabile uidetur: ac propterea curent, uel Parochianos trans fluuium exiſtentes uiciniori eccleſiæ aſcribi, aut commendari: uel ſaltem ex eadem eccleſia ſacramenta ſumi, aut pontes, ubi fieri poteſt, conſtitui, uel Oratorium tranſamnem, aut etiam nouam Parochiam erigi, & ædificari, prout magis Parochianis ipſis, ac matrici eccleſiæ conſultum fore uidebitur: modo in deferendis ſacramentis, & ſacroſancta præſertim Euchariſtia, periculũ omne uitetur.

Cap. VII.

CVm autem potiſſima uiſitationis, ac Paſtoralis muneris ratio in diœceſana Synodo celebranda conſiſtere uideatur, meminerint Epiſcopi ſingulo quoque anno, ex ſui officij debito, omni iure ad ipſam diœceſanam

ceſanam Synodum congregandam teneri, prout eandem nullo modo prætermitti mandamus. in qua præter ea, quæ de iure uel conſuetudine fieri conſueuerunt, & examinatorum electio, uel confirmatio, iudicumq; deputatio, & decretorum tum Prouincialium, tum Synodalium receptio uel commemoratio fiet: nec non difficultates omnes, quæ inter uiſitandum acciderint, tractari, ac definiri poterunt, prout Epiſcopo cuiq; magis oportere uidebitur.

DE BENEFICIORVM COLLATIONE.

Cap. I.

COLLATORES quoſcunque in Ieſu Chriſti uiſceribus hortamur, & enixe obſecramus, ut eos Eccleſijs Rectores præficiant, qui uere ſuo muneri ſatisfacere poßint: nec ambigendũ ſit, quin de Eccleſijs ipſis, ac earum bonis & iuribus, bene ſint promerituri. ab indignis, atque his præſertim, qui non religione &

animi

animi deuotione ducti, sed suæ, uel suorum commoditati potißimum consulentes, ecclesiastica beneficia appetunt, omnino caueant. præcipue uero in Parochialibus ecclesijs merito conferendis, quam maxime inuigilent, cum ex hoc ipso pendeat recta ecclesiarum administratio, & animarum subiectarum salus: quæ cæteris omnibus est præferenda.

Cap. II.

QVia uero exemplo cõstat diutinam uacationem ecclesijs detrimentum afferre consueuisse, curata præsertim beneficia, ab his ad quos pertinet, Tridentini Concilij decreti, ac Sanctißimi D. N. *Pij Quinti Bullæ seruata forma, quamprimum conferantur. curentq; Episcopi, ut uacationis notitia, quanto citius fieri potest, habeatur: quo uacantes ecclesiæ infra præstitutũ tempus, a suis collatoribus iuxta eiusdem Sanctißimi* D. N. *Bullam canonice conferri possint.*

Cap. III.

ILlud autem summopere curent Episcopi, ut in Examinatores ex præfati Concilij decreto, in unaquaq; diœcesana Synodo eligendos, ij proponantur, & comproben-

C *tur,*

tur, qui religione, ac uitæ integritate cæteris præstent: quod eorum electionis tempore iurant, fideliter exequantur. ita enim fiet, ut non nisi digni ad beneficia recipiantur, & approbentur.

Cap. IIII.

ANimaduertant præterea Episcopi, ne beneficia in eorum diœcesibus, uel alibi sita, a subditis ita obtineantur, ut uel alter fructus, & emolumenta quæcunque absque apostolica dispensatione percipiat, alter nudo nomine tantum, ad alterius commodum beneficium retineat, uel ad alterius nutum tacito, uel expresso pacto eidem cedere teneatur: quæ simoniaca proculdubio existunt, tum ex sacris Canonibus, tum ex fe. re. Pij Quarti, ac etiam Sanctißimi D. N. *Pij Quinti* Bulla.

Cap. V.

OPportune insuper Episcopi caueant, uel iure iurando, uel alia quapiam ratione, ne laici in beneficiorum quomodolibet ad se pertinentium collationibus, ab his ad quos spectat, faciendis, aliquid sibi dari paciscantur, aut ex huiusmodi causa consequi, uel retinere, quomodocunq; præsumant,

sub

ſub excommunicationis pœna: qua clericus quiſque uſurpationi alicui conſentiens, ex eiuſdem Concilij Tridentini decreto ipſo facto innodabitur.

Cap. VI.

NVlli liceat *in caſibus a iure permißis, ſe ſe a uexatione redimere, abſque Ordinarij licentia: qui re diligenter inſpecta & cognita, quod iuri, & æquitati conſentaneum uidebitur, pro ſua conſcientia decernet & admittet.*

Cap. VII.

PRo *beneficiorum collationibus nihil penitus a collatoribus ipſis accipiatur: nec Notarij ea ratione plus exigant, quam quod ipſis iuſte pro labore debeatur: pro ſigillo uero non niſi, quod in taxa deſuper ab Epiſcopis ſtatuenda continebitur, perſoluatur: quod Epiſcopi ipſi diligenter curent: abuſuſq; ſi qui hac in re irrepſiſſe uideãtur, quã primum tollere non prætermittant.*

Cap. VIII.

DE *beneficijs quomodolibet prouiſi, infra menſem a die adeptæ poſſeßionis numerandum, Ordinarijs, in quorum diœceſibus beneficia ipſa conſiſtunt, eorundem tam*

mobilium, quam immobilium rerum inuentarium tradere, ac præsentare teneantur: ut cum præcedentibus inuentarijs conferri possit: & si quid desit, Episcopi restituendum curent, transgressoresq; ipsos grauiter ex arbitrio puniant.

Cap. IX.

IN resignationibus admittendis, collationibusq; ex causa resignationis de cætero faciendis, diligenter attendant Episcopi, atque animaduertant, id sibi licere in casibus tantum à Sanctissimo D. N. Pio Quinto in eius literis expressis, non autem passim ac indistinte: meminerintq; ex earundem literarum dispositione excommunicationem, & suspensionem propterea contrahendam, Apostolicæ sedi reseruatam fore.

Cap. X.

QVicunque de Ecclesiastico beneficio per inferiores ab Episcopo prouisus fuerit: is intra duos mẽses ab ipso prouisionis die computandos, patentes suæ collationis literas, uel alterius cuiuscunque prouisionis testimonium præsentare debeat; quod si legitime præmonitus non satisfecerit, eiusdem benefi ij de quo agetur, tenius

anni

anni fructibus careat: & nihilominus suæ prouisionis titulum ostendere, propositis ex arbitrio pœnis, seruato iuris ordine compellatur.

DE IVDICIALI FORO EPISCOPI.

Cap. I.

ECCLESIASTICI *Iudices quicunq; in administranda indifferenter omnibus iustitia, maxime pauperibus, ac miserabilibus personis, se promptos, & faciles præbeant: ac breuiori qua fieri potest ratione: præcipue ubi summarie de iure procedere licet, causas expediant, ac decidant, litigantiumq; sumptibus, quo ad eius fieri poterit, parcere studeant: ac præsertim in causis alimentorum, mercedum, piorum locorum, atque huiusmodi, quæ moram non patiuntur: in casibus a iure permissis, absque iudiciaria tela, ueritati, & æquitati innitendo, ad expeditionem procedant.*

Cap. II.

VT autem omnis auaritiæ ſuſpicio ab eccleſiaſtico foro arceatur, prædeceſſorum noſtrorum ueſtigijs inhærentes ſtatuimus & ordinamus, cuiuſq; Epiſcopalis curiæ Notarijs, Cancellarijs, carcerum cuſtodibus, executoribus, atque alijs huiuſmodi miniſtris in ſingulis cuiuſque operæ mercedibus taxam legitimã & honeſtam per Epiſcopos ipſos quam primum præſtitui, ubi hactenus præſtituta non eſt, quam qui exceſſerint, & officij priuatione, inhabilitationeue, & carceris maceratione, atque alias pro modo culpæ ſeueriſſime puniantur.

Cap. III.

NE autem indefenſæ miſerabiles perſonæ ſuo iure fraudentur, uel aduerſariorum potentia opprimantur: curent Epiſcopi perſonis huiuſmodi, uel generales in ſuis diœceſibus Procuratores, & Aduocatos conſtitui, uel quoties caſus euenerit, illis per Epiſcopos, uel eorum Vicarios de opportuna defenſione prouideri: quam qui ſuſcipere abſque rationabili cauſa recuſaue rint, inhabilis ad eccleſiaſtica negocia tractanda ad Epiſcopi beneplacitum cenſeatur.

Cap.

Cap. IIII.

CVrent præterea Episcopi, *ut Notarij quicunque iuxta sacri Tridẽtini Concilij decretum examinentur: & quos minus idoneos inuenerint, aut quomodocunque in officio deliquerint, eos ex eiusdem Concilij decreto a spiritualium causarum usu arceãt: studeantq; ecclesiastici fori Notarios iure iurando eorum admißionis tempore compellere, ut causarum ad Episcopalem curiam pertinentium acta & processus quicunque per eos exemplentur: atque omnium pro curia gestorum instrumenta, in autenticam formam redacta in Archiuio reponantur, ac perpetuo conseruentur: insuper Notarios ipsos modis omnibus Episcopi cogant, ut infra terminum ab eadem Tridentina Synodo statutum, in appellationum causis, acta conscribant, & partibus ea petẽtibus exhibeãt, modo & forma, ac sub pœnis in ipso decreto contentis.*

Cap. V.

NE *partes sumptibus inutiliter prægrauentur: aut inhibitiones indebitas fieri contingat: in executionẽ sacri Tridentini Concilij decreti, de non recipiendis*

appellationibus, aut earum commissionibus, uel inhibitionibus concedendis, nisi a diffinitiua sententia, uel diffinitiuæ uim habente, & cuius grauamen per diffinitiuam repara ri non possit, propterea decernimus, ea de re in primis a iudice ad quem, breuiore termino patribus præfixo, ubi probabiliter iuxta communes iuris regulas, & doctrinas ea de causa dubitetur esse discutiendum, an appellatio sit eiusmodi, quæ ex præfati Concilij, decreto recipi uel reijci debeat: ne si quas minime deceat, appellationes Iudex admiserit uel admittendas, reiecerit, iusta conquerendi occasio alicui præbeatur.

Cap. VI.

CArcerum Episcopalium custodiæ, eos Episcopi præficiant, qui diligentia, ac pietate polleant: quiue tam carceratorum commoditati, quam curiæ securitati consulant: meminerintq; Ordinarij omnes, quam sæpissime carceres, non solum Episcopales, sed etiam, si fieri potest, sæcularium iudicũ, quantum ad religionem, atque ad eorum qui carcere detinentur, uitæ necessaria pertinet, per se uel alium, ipsis impeditis uisitare: curentq; ut opportunis temporibus carceratis ipsis

ipsis ecclesiastica sacramenta subministrentur: in quo quidem charitatis opere plurimum confidimus, & exoptamus, auxilium & fauorem omnem a secularibus Potestatibus, ac Magistratibus Episcopis impartiendum, uelut eosdem in Domino monemus, & cohortamur.

DE ARCHIVIO.

Cap. I.

INSTRVMENTORVM *atque aliarum scripturarum quarumcunque de rebus ad cathedrales ecclesias, seu etiam collegiatas insignes, earumq; diœcesses pertinentibus, perpetuitati prospicere cupientes, mandamus, in unaquaque cathedrali, uel colligiata insigni, ubi hactenus non extant, Archiuia institui, uel Episcopo & Capitulo communia, uel separata, prout magis expedire uidebitur, aut Episcopi ipsi cum eorum capitulis conuenerint. Quæ uero iampridē sunt instituta, ea recte curari Episcopi studeant: omnemq; diligentiam adhi-*

beant, ut instrumenta quæcunque, atque aliæ scripturæ omnes in eis contentæ, ita conser/uentur, ut ea nequeat uel temeraria manus attingere, uel ullo pacto uiolare.

Cap. II.

VT uero facilius Ecclesiæ cuiusq; iura, ac monimenta quæcunque ob tempo=rum iniuriam, & hominum incuriam deper=dita, aut usurpata reperiri possint, Canonica monitione præmissa, excommunicationi subij ciantur quicunqne ea detinentes, uel usur/pantes nõ reuelauerint, donec satisfecerint, scripturasq;, ac instrumenta ipsa, quæ ab ali quo detineri sciunt, omnino proderint. Qui uero ea detinent uel usurpant, ab Episcopis certiores fieri debeant, eos ex sacri Triden=tini Concilij decreto, uti ecclesiasticorum iu=rium usurpatores excommunicationis sen=tentiam incurrisse.

Cap. III.

VNicuiq; autẽ Archiuio custos ab Epis copo pro suo, & Ecclesiæ iure depute tur, fide integra ac spectata: qui diligentiß me cuncta conseruet, & administret, decenti clausura adhibita, quod a capitulo quoque fieri debeat, ubi Archiuia sunt distincta: Cu=

Stodi ipsi cuncta per inuentarium tradendo, quæ postmodum in sui officij fine, ex eodem inuentario restituantur.

Cap. IIII.

NVllo modo liceat Archiuij cuiusq; Custodi, alicui etiam ipsius Episcopi, uel Capituli Procuratori ex Archiuio ipso archetypa, siue originales scripturas, tradere, etiam data fide, aut pignore depositio: si quis autem contrafecerit, ab Ordinarijs grauiter ex arbitrio mulctetur.

Cap. V.

NE uero Episcopali Sede uacante, publicum aliquod documentum, ad Episcopalis mensæ iurisdictionem, uel prouentus pertinens intercipiatur, præsertim ubi Episcopi Archiuium a capitulari sit distinctum, Statuimus, ut cum primum Prælatus decesserit, ipsius Archiuij claues, fide publica, a Custode, uel alio illius præfecto, œconomo, & Capituli Vicario tradantur, & si illarum traditio differatur, etiam exigantur, & penes eosdem fideliter conseruentur: quæ quidem postea, in eorum fidei, ac diligentiæ testimonium, futuro Pastori consignentur.

DECRETA PROVINC.

DE SEMINARIO.

Cap. I.

PISCOPI *qui nondum pauperum Collegia clericorum pro Seminario erexerunt, iuxta ſacri Concilij Tridentini præceptũ infra annum a præſentis Synodi fine computandum inchoata perficiant,& nondum cœpta mature inſtituant, ex præſcripta ab eodem Concilio formula. Ea autem taxandi,componendiue pro Seminarijs inſtituendis, & conſeruandis ratio ſeruetur,quã Sanctiſſimus D.N.Pius Quintus decreuit.*

Cap. II.

EPiſcopi *Seminaria quæcunque in ſuis diœceſibus erecta per ſæpe uiſitent,& a deputatis uiſitari curent: bene proficientes,an omnia recte ſe habeant: & quos iuuti,& religioni minime deditos,uel ad malos mores propenſos eſſe perſpexerint, poſt trinam admonitionem ex eiuſdem Concilij decreto e conturbenio eijciant.*

Cap.

Cap. III.

IN eo autem potißimum omnem curam, & exactißimam diligentiam impendendam esse decernimus, ut Magistri pueris huiusmodi, numero, ætate, & moribus tot atq; eiusmodi eligantur, ut præter bonarum artium, & ecclesiasticarum rerum disciplinã, quam percipere poßint, bonis etiam moribus in primis imbuti, ueræ pietatis alumni efficiantur.

Cap. IIII.

IN Seminarium uero admißi pueri, in habitu & tonsura Clericali semper incedant: festis diebus in cathedrali ecclesia solemnibus intersint: nec alio unquam, nisi uirtutis, atque relaxandi animi causa, ocio fruantur: in eodem cubiculo, si commode fieri potest, omnes decumbant. libros autem sacros, & bonos mores edocentes, & maxime cathechismum Sanctißimi D. N. Pij Quinti iussu nuper editum, assidue præ manibus habeant, quos eis interpretandos Episcopi curent. cibus absque benedictione gratiarũq; actione ab illis non sumatur: nec inter refectionem spiritualis lectio unquam desit.

Cap.

Cap. V.

COllegij Constitutiones singulo quoque mense pueri perlegant : præsertim quæ ad religionẽ ac uitæ honestatem pertinent, easq; ad unguem obseruent, atque omnem præceptoribus obedientiam ab eisdem præstari Episcopi curent : præcipue uero ei qui moribus præest, quo cum religiosissime, & coniunctissime uiuant.

Cap. VI.

DIscedendi autem e Collegio facultas nemini detur, absque Superioris licẽtia : in casibus uero ab Episcopo statuẽdis exeuntes, non nisi bini, atque ea, qua decet religiosos adolescentes, modestia, & grauitate progrediantur.

Cap. VII.

DVodecim annis minores in Collegium non assumantur : ac diligenter attendant Episcopi, ut & ingenio, & animo ad religionem propenso sint, atque his omnibus qualitatibus præditi, quæ in illis ex sacri Tridentini Concilij decreto requiruntur.

Cap. VIII.

PVeri uero ditiores, qui in huiusmodi Collegia, ex facultate sibi ab eodẽ Con-

cilio

cilio attributa, assumi uoluerint, iuxta eum numerum, qui rationabilis Episcopo, pro loci qualitate, & Collegij captu uideatur, eiusdem ætatis, habitus, professionis, & animi esse debent, eisdemq; legibus & clausuræ, & morum disciplinæ uiuere, prout ordinarij eiusdem Collegij pueri: tantumq; proprijs conferre debent, quantum & ad seipsos alendos, & ad alia onera proportionabiliter perferenda, ex eiusdem Concilij decreto sufficiet.

DE VICARIIS FORANEIS.

Cap. I.

FORANEOS *Vicarios quã maxime necessarios fore prospicientes, statuimus, ut in singulis suarum diœcesiũ regionibus, ubi non adsunt, de cætero per Episcopos constituantur, quicunque magis idonei uidebuntur: & ut sua dignitas unicuique seruetur, in regione qualibet digniores eligantur, ut Archipræsbyteri, uel Præpositi rurales, si sunt idonei: alioquin ex inferiorum*

feriorum numero magis probatos Episcopi deligent.

Cap. II.

HI uero Vicarij diligenter inuigilent, & scire contendant, an in Parochijs sibi commissis omnia recte agantur: num Curati omnes resideant, & eorum munus exequantur. absentes deferant, & Episcopis indicent. quos uero in aliquo delinquere perspexerint, primum fraterne admoneant: deinde si opus fuerit, uel per literas, uel alio quouis modo, prout res ipsa postulauerit, Superioribus denuncient. præcipue autem inquirant, an a Parochis erga miserabiles suæ curæ personas debitum persoluatur officium: prouideant q;, ne quis ob uitæ incommoda decedere cogatur.

Cap. III.

VT autem debitus Vicarijs ipsis honor, & obedientia tribuatur, decernimus, & mandamus, ut in his quæ ad eorum officium pertinent, subiecti eis Clerici, atque præsbyteri pareant: inobedientes uero Episcoporum arbitrio puniendos deferant. quod si in aliquo ipsi quoque forte deliquerint, ab Ordinarijs ipsis puniri, uel etiam ab officio

amoueri

amoueri debebunt.

Cap. IIII.

SEmel saltem in mense Vicarij foranei quique, ubi commode fieri poterit, ex sui officij debito, suæ regionis clerum conuocent: qui ubi conuentus, ut uocant, alternatim haberi consueuerit, eo expleto, atque omnibus quæ ad eam rem pertinent religiose peractis, querelas audiant, & componant: clericos admoneant: & si qua sint decernenda, uel consulenda, proponant, ac decernant. ubi uero conuentus huiusmodi non sunt in usu, in una quaque Parochiali suæ regionis ecclesia, alternis uicibus clericos congregẽt, illius Rectoris sumptibus, in cuius ecclesia congregatio quæuis haberi contigerit. Curent autem Episcopi, ne excessus aliquis in huiusmodi congregationibus accidat: & si qui abusus in eisdem irrepsisse uideantur, eos Episcopi ipsi tolli, & aboleri curent.

DE

DE EXAMINE PROMOVENDORVM AD PAROCHIALES ECCLESIAS.

Cap. I.

PAROCHIALI *eccle sia uacante Episcopi habita uacationis notitia, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua ipsius Episcopi arbitrio, portionis fructuum assignatione constituant: qui ipsius ecclesiæ onera sustineat, donec ei de Rectore prouideatur, iuxta sacri Tridentini Concilij decretum, ac Sanctissimi* D. N. *Pij Quinti Bullam.*

Tum per Episcopum proponatur edictum ad ualuas cathedralis, & ipsius uacantis ecclesiæ, atque alijs opportunis locis, Episcopi ipsius arbitratu, quo celerius, & uacationis, & termini, per edictum ad examinandum præfixi, notitia haberi possit. qui quidem terminus decem dierum ab eodem Tridentino Concilio statutus, ultra alios de-

cem

cem dies minime prorogetur, ex eiusdem Bullæ prohibitione.

Edicti uero termino durante, Episcopus, & qui ius patronatus in uacanti ecclesia obtinet, clericos aliquos ad regendam ecclesiã idoneos, Examinatoribus iuxta eiusdem decreti formam deputatis, nominet: & non nisi ab eisdem Examinatoribus per aliorum qui examinati fuerint, concursum, tanquam magis idoneo ab Episcopo iudicato, & electo, de ecclesia prouideatur, infra terminum, ac sub pœnis in eadem Bulla contentis.

Cap. II.

INterrogabuntur autem in primis quicumque examinandi fuerint, per diligentem Synodalium Examinatorum Inquisitionem, de ætate, & ordine, in quibus sint constituti: qua de re facile ex eorum promotionis testimonio, ac Baptismi codice, uel etiam ex aspectu, aut fide dignorum relatu, quod ad ætatẽ pertinet, constare poterit.

Tum de promouendi uita, & moribus percunctando iuxta ea, quæ supra circa assumendorum ad cathedrales ecclesias examen proportione seruata, statuta sunt, ita inquiratur pro Examinatorum prudentia, ut quales

les sint illius mores, ac uitæ honestas, & integritas, facile dignosci possit.

Cap. III.

ILlud uero generatim super inquirenda scientia promouendorum ad Parochiales ecclesias proponendum censuimus, ut Examinatores primum se se de promouendi captu, ac intelligentia diligenter informent: quod ex responsionibus, & interrogationibus eorum, quæ illis legenda proposuerint, liquido patebit. tum studeant etiam nosse, qualis sit examinandi in sacramentorum administratione exercitatio. an eorum uim, & uirtutẽ ita calleat, ut uitæ monita ab eo spectari possint, & ad populum ea docendum, quæ scire omnibus ad salutem necessarium est, idoneus comprobetur. atque, si ita uidebitur expedire, difficultas aliqua proponetur, uel circa confessiones audiendi, uel quo ad cæterorum sacramentorum peritiam, ex quo facilius illius habilitas colligi, & in regenda ecclesia idoneus deprehendi possit.

Cap. IIII.

PEracto autem examine, studeant Episcopi, ut non solum dignis, sed magis idoneis repertis, iuxta eiusdem Concilij decretum,

tum, Parochiales ecclesiæ conferantur: ne, si minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerint, appellandi occasio præbeatur ex eiusdem Bullæ dispositione.

Cap. V.

SI uero duos aliquando, uel plures, quod ad literarum scientiam pertinet, æque idoneos concurrere contigerit, inspiciendū erit, an ætas grauior, aut morum, & uitæ integritas in alio præponderet, quisue eorum ad ecclesiæ uacantis regimen, loci, ac personarum qualitate pensata, utilior uideatur: cæteris autem paribus, & nullo concurrente quod prægrauet, is qui ex eadem diœcesi, & multo magis qui etiam e uacantis ecclesiæ regione fuerit, extraneo præferri poterint. alioquin Episcopus quem existimabit potiorem, deliget: delectu eodem in præsentatis uel nominatis ab his ad quos pertinet, si plures fuerint, habendo.

DECRETA PROVINC.

DE PAROCHIS, ET EORVM OFFICIO.

Cap. I.

CLERICI *omnes curam animarum habentes, gregem sibi creditum, ex eorum officio, & sacri Tridentini Concilij præcepto, festis præsertim diebus salutaribus uerbis pascant, & erudiant, uel memoriter per seipsos, si ingenium suppetat, uel ex scripto, seu homiliario aliquo a Superioribus approbato. diebus itidè Quadragesimæ, uel ab Episcopo præscriptis, uel usu comprobatis, per se, uel alios idoneos, & approbatos uiros uerbum Dei enuncient.*

Cap. II.

PArochi *præterea ex eiusdem Concilij decreto, singulis Dominicis, atque aliis festis diebus suæ Parochiæ pueris fidei rudimenta tradant, & edoceant Deo primum, ac parentibus obedire, tum quæcunq; Christianum hominem decent ex institutione aliqua eis ab Episcopis proposita, pœna negligentibus*

tibus

tibus eorum arbitrio imponenda.

Cap. III.

ABusus *insuper omnes circa diuina* Parochi Populo *frequenter improbent, & constanti animo refellant: curentq;, ut diuinis nihil profanum misceatur, sed ut pie, deuote, ac frequenter illis* Parochiani omnes *intersint, moneant, atque ut ecclesiæ sacramenta frequentẽt, quo uberiores fructus ex illis consequantur. casus in quibus excommunicationis pœna infligitur, ad subditorum memoriam sæpe reuocent, ut ab his cauere possint; & alia quæcunq; a* Christiano homine *uitanda, uel obseruanda sint, optime docere non prætermittant.*

Cap. IIII.

PArochi *unica tantum* Parochiali eccle*sia sint contenti, eamq; omni iure, uti unicam sponsam unice diligant: quicunque uero duas eodem tempore* Parochiales *ecclesias obtinere præsumpserit, utraq; atque alijs quoque beneficijs ex eiusdem* Concilij *decreto omnino carebit. quod si ab aliquo duo hactenus, uel plura quoquo modo incompatibilia beneficia obtenta sint, & adhuc obdurato animo obtineantur, ea omnia iampri-*

dem

dem uacasse intelligantur: ac ueluti uacantia, quamprimum ab his ad quos attinet, conferantur. fructus autem interea perceptos omnes restitui, ac partim uacantibus ecclesijs, partim pijs locis, Ordinarij arbitrio, distribui mandamus. quod si incompatibilia ipsa in diuersis diœcesibus sint constituta, uterq; Episcopus, & hi ad quos pertinet, quamprimum ea de re certiores redditi, suo iure conferent.

Cap. V.

PRo pijs locis ciuitatum, & diœcesium quarumcunq; eleemosynas procurantes a Parochis absq; speciali Prælatorum licentia non admittantur.

Cap. VI.

INdulgentiæ item nullæ absque ordinarij licentia in scriptis obtinenda, seruatis tamen conditionibus, quas Ordinarius ipse in ea concedenda præscripserit, publicetur. quandocunq; uero a Parochis Indulgentiæ aliquæ superioris decreto sunt promulgandæ, earum salutarem effectum fideliter explicent, quo maiore populi deuotione recipiantur. si qui uero abusus de cætero circa eas emerserint, Episcopos commoneant, qui

eos

eos quamprimum tolli curabunt.

Cap. VII.

IN *sacramentis autem administrandis, animisq; curandis, quod præcipuum est Parochorum munus, quam maxime inuigilent, atque summopere curent, ne eorum culpa absque sacramentis aliquem e uita migrare contingat: alioquin suspensione ab officio, & beneficio, atq; alias pro modo culpæ, grauissime corripiantur.*

DE RESIDENTIA INFERIORVM.

Cap. I.

PAROCHIALIVM ecclesiarũ Rectores *assidue in suis ecclesiis resideant: suoq; gregi pro officio diligenter attendant, sub pœnis in utroque Tridentini Concilij decreto contentis, & in Apostolicis literis quæ dudum contra non residentes editæ sunt, expressis. meminerintq; sibi nullo pacto licere a proprijs ecclesiis abesse absque rationabili causa ab Episcopis scripto comprobanda, cum absentiæ tempore fructus*

ſuos nullo modo faciant, ac propterea ad eo rum reſtitutionem omnino teneantur, præter mortale peccatum, quod non reſidendo contrahunt.

Cap. II.

REſidere autem in ſuis eccleſijs intelligantur, qui in domibus eccleſiæ cohærentibus habitant, uel ſaltẽ ubi eccleſia proprias ædes non habet, infra Parochiæ limites, unde commode iniuncto ſibi oneri ſatisfacere poßint, uel etiam prope Parochiam in loco ad curæ exercitium accommodato, Epiſcopi iudicio, loci uicinitate, & gregis commoditate penſata: quod Ordinarij ipſius conſcientiæ diiudicandum relinquitur: alioquin pro abſentibus habeantur.

Cap. III.

IIſ quoque qui reiecta in Vicarium cura, otio indulgent, & alieni laboris ſpectatores, magis quam eccleſiæ ſuæ Rectores exiſtunt, cum per ſeipſos animarum curam administrare poßint, ab Epiſcopis redarguantur: & per ſeipſos curam exercere cogantur, Miſſas celebrando, atque alia peragendo, quæ ſuo muneri conueniunt.

Cap.

Cap. IIII.

SI quis ex repentina causa absque licentia a propria ecclesia recesserit, is absentiæ suæ causam statim superiori per se, uel per alium insinuet: quæ si ab eo comprobetur, ac si ab initio approbata fuisset, habeatur: alias pro absente reputabitur, & pœnas non residentium perferet.

Cap. V.

QVicunque ab ecclesia discedendi facultate etiam obtenta, aliquandiu abfuerit, infra mensem de suo ad ecclesiam reditu Ordinarium commoneat: alioquin dies medij illegitimæ quoq; absentiæ adscribantur.

Cap. VI.

SI qui uero, uti debent, in suis ecclesijs minime resident, uel absentiæ nomine quo quo modo sunt suspecti per fructuum sequestrationem, & alijs pœnis a sacro Tridentino Concilio statutis, merito plectantur.

Cap. VII.

NOn residentium autem per diœceses nomina, & cognomina, ubi Vicarij foranei desunt, a Plebanis, & illis absentibus, uel negligẽtibus, a proximioribus eccle

ſiæ derelictæ curatis, quamprimum ad Epiſcopos deferantur, ſub eorum arbitrij pœna.

Cap. VIII.

VBi Parochiales eccleſiæ adeo tenues exiſtunt, ut ædes pro Parochi reſidētia, nec inſtaurari, nec de nouo conſtrui poſſint, ſi aliter prouideri nequeat, uel ex Parochianorum contributione aliqua, uel etiam ex portione de fructibus piorum locorum in Parochia, uel prope eam exiſtentium (de conſenſu tamen eorum, qui illis præſunt) deducenda, ſi quid ſupereſt iniuncto onere perſoluto, inſtaurentur, uel ædificentur: ſeu alia quapiam ratione. quæ magis ab Epiſcopo probetur, modo rector reſideat.

Cap. IX.

SI uero eccleſiæ aliquæ a communi hominum commercio adeo diſtent, & in ſeceſſu aliquo ita ſint conſtitutæ, ut a craſſantibus aſſidue uexentur, ac diripiantur, & propterea Parochi inibi reſidere pertimeſcant, Magiſtratus, atque alios locorum Rectores contra huiuſmodi facinoroſos homines inſurgere monemus, & obteſtamur: quo pacatæ ſint Parochiæ, nec diuinus cultus in illis prætermittatur.

Cap.

Cap.

Q Vicunque p
quælibet alia
iure uel conſuetudine
requirentia, niſi mon
copis, pœnis ex præfa
apoſtolicis literis cont
tutis, uſque ad priuatio
macia creſcente, ſeru
niantur.

DE SACRAM
ADMINISTR

Cap.

que efficaciam, uulg
riſſime demonſtrent
motione, ac reuerent
præparetur.

Cap. X.

QVicunque præterea ecclesiastica quælibet alia beneficia obtinent, de iure uel consuetudine personalem residentiã requirentia, nisi moniti paruerint, ab Episcopis, pœnis ex præfati Concilij decretis, & apostolicis literis contra non residentes statutis, usque ad priuationem inclusiue, contumacia crescente, seruato iuris ordine, puniantur.

DE SACRAMENTORVM ADMINISTRATIONE.

Cap. I.

IN sacramentis administrandis, Parochos primum ex sacri Tridentini Concilij decreto curare oportet, ut cuiusque sacramenti uim atque efficaciam, uulgari idiomate populo clarißime demonstrent: quo maiore animi deuotione, ac reuerentia ad ea percipienda præparetur.

Cap. II.

CVm uero sancta Romana Ecclesia aliarum mater & magistra, merito sit amplexanda, & in suis ritibus imitanda, statuimus, & ordinamus, ut in Exorcismis & Chatechismis baptismalibus, atque in aliorũ omnium sacramentorum administratione, ac cæteris quibuscunque ad diuina pertinentibus, ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritus, cæremoniæ, & consuetudines obseruentur. quod propositis etiam ex arbitrio pœnis Episcopi curent.

Cap. III.

SAcramenta insuper quæcunque, ne ad alium usum quam ad eum cuius causa a Domino sunt instituta, ab aliquo conuertantur, uel alicui concedantur, Episcopi Parochos admoneant. quisquis autem uel eis abusus fuerit, uel alicui eadem abutenda tradiderit, ex arbitrio seueriſsime puniatur.

Cap. IIII.

SAcra olea, anno quolibet ab Episcopis consacranda, statuto tempore Plebani per diœceses constituti, ab eorum matrice Ecclesia recipiant, & Ecclesiis sibi commissis primo quoque tempore distribuant, nisi aliud

aliud pro locorum distantia, uel ecclesiæ qualitate, Episcopis ex causa uideatur : quacunque consuetudine non obstante.

Cap. V.

PRo nouis autem sacramentis accipiendis, uel deferendis, non nisi clericos in sacris constitutos, nisi aliud rei necessitas suadeat, destinandos esse decernimus.

Cap. VI.

CAueant autem cathedralium ecclesiarum ministri, Plebani, atque alij omnes, ad quos sacrorum oleorum distributio spectat, ne quid pro illorum perceptione uel sponte datum accipiant : quacunque consuetudine etiam immemorabili nõ obstante, sub suspensionis pœna.

Cap. VII.

LOcorum, ubi sacramenta recunduntur. claues, diligentissime, ac in tuto loco per Parochos asseruentur : neque sub alterius custodia, quam Parochi, uel eius, cui uices suas mandauerit, ex aliqua rationabili causa, teneantur : quæ sanè claues eiusmodi sint, ne facile aliqua ex parte uitiari possint si quis autem hac in re negligendo deliquerit, seueriori pœnæ ab Ordinario subijciatur.

DECRETA PROVINC.

Cap. VIII.

E Iusdem diœcesis Parochiæ, quæ ob incertos fines confusæ sunt, uel in familias, non autem in loca distinctæ, ut altercandi tollatur occasio, eas Episcopi quamprimum certis limitibus disterminent: & quas inuicem implicatas compererint, explicent, atque ita distribuant, ut quilibet curatus, quod ad suum officium pertinet, agnoscat, nec in sacramentis administrandis aliqua hæsitatio contingat.

DE BAPTISMO.

Cap. I.

ACERDOS Baptismi Sacramentum administra turus, ad tãti muneris functionẽ sancte, grauiterq; accedat: animaduertendo primum, quidnam per eum fiat: idq; compatres, & commatres, pie ac religiose doceat: eosq; clarissimis uerbis admoneat, quæ nam cognatio per Baptismi sacramentum contrahatur: necnõ teneri eos, quos e sacro fonte susceperint, si parentes

præsertim

præsertim id prætermiserint, catholica fide & Christianis moribus instituere.

Cap. II.

CVrent autem Episcopi sacri Baptismatis fontes in suis diœcesibus, interius, & exterius nitore, ac munditia insigni ornatos, rebusq; omnibus, quanto magis fieri potest, decenter instructos esse. sacra uero olea ad Baptismi usum ita parata habeãtur, ut & uasculum sit commune, ex decenti materia stamni, uel argenti conflatum: & nihilominus alterum ab altero sacro oleo perspicuis literis, & lamina interposita clarissime distinguatur.

Cap. III.

OMnino prætereà prohibemus. ne, quo tempore sacrũ Baptisma celebratur, Baptismalis aqua, uel sacrum aliquod oleum a laicis personis quoquo modo tangatur: neue linteola quibus abstersum fuerit infantis caput, alicui laudanda tradantur, aut aliqua huiusmodi fiant., ut inde spiritualis cognatio contrahatur: improbantes propterea abusum illum transmittẽdi chirothecas, siue etiã aquam benedictam compaternitatis contrahendæ gratia, quacunque consuetudine etiã

immemorabili non obstante: declarantesq; nulla alia ratione spiritualem cognationem contrahi, quam apud sacros Canones habeatur, nec inter alias personas, quam sacri Tridentini Concilij decreto comprehensas.

Cap. IIII.

BAptizandis uero, non gentilium, sed sanctorũ nomina imponi Episcopi curent: ne in ipso Christianæ religionis limine, cum Ethnicis participare fideles quodammodo uideantur: atq; ut eorum uirtutes imitari studeant, quorum se se patrocinio nominis similitudine committunt.

Cap. V.

PRouideant quoq; Episcopi opportune, ne, dum Baptismi sacramentum administratur, risus, clamores, atque alia id genus in ecclesia, uel extra, ea de causa fiant, sed quod astantes deuote, & cum silentio, atque orantes intersint. abusus uero quicunque circa huiusmodi sacramentum forsan irrepserint, præsentis decreti auctoritate, quam primum tolli curent.

Cap. VI.

INfantes ad Ecclesiam, legitimo impedimento cessante, ut primum per eorum ualetudinem,

letudinem, ac temporum, & locorum conditionem liceat, ad minus autem infra octo dies, à natiuitate numerandos, ad Baptismũ suscipiendum deferantur.

Cap. VII.

SAcerdos uero qui extra ecclesiam necessitate aliqua non imminente, sed uel parentum nobilitatis intuitu, uel aliqua alia ratione sacrosanctum Baptisma celebrauerit, tam diu suspensus maneat, quamdiu Episcopo uideatur, & eius arbitratu satisfecerit.

DE CONFIRMATIONE.

Cap. I.

VOD ad Confirmationis sacramentum attinet, Episcopi per se, uel aliũ, antequam illud conferãt, ipsius uirtutem perspicue edoceant: ac distincte declarent, ex hoc ipso matrimonia prohiberi inter confirmatos, eorumq; parentes, ac susceptores ipsos, iuxta sacri Tridentini Concilij decretum non secus atque ex Baptismi sacramento: cognationemq; huiusmodi non

minoris esse faciendam, nec temere contrahendam, ob animarum periculum, quod euidenter imminet, si cognatio ista negligatur.

Cap. II.

NE uero populus ad confirmationis ipsius sacramentum imparatus accedat, tempus, quo sacrum Chrisma ministrandum fuerit, Episcopi prænunciari faciant, populosq; moneri, ut adulti non nisi confessi, uel saltem contriti ad Cõfirmationem ipsam deuotissime suscipiendam, se conferant.

Cap. III.

INfantes septennio minores nõ confirmentur: atq; illi tantummodo adulti, uel paruuli inungantur, quos antea fuisse confirmatos ignoratur, ne sacramentum huiusmodi reiterari contingat: quod Episcopi populos cauere omnino studeant.

Cap. IIII.

CVrent præterea Episcopi, ut Parochi paruulorum confirmatorum parentes admoneant, eos, postquam adoleuerint ea de re certiores facere, ne parẽtibus postea defunctis, an Confirmationis sacramentum susceperint, dubitari contingat: & si fieri poterit, confirmatorum nomina annotentur, &

in

in peculiari libro conſcribantur.

Cap. V.

CONfirmatorum frontes antequam ab Epiſcopo recedant, ob ſacramenti reuerentiam recte, uel bombice, uel panno lineo abſtergantur: curentq; Epiſcopi ipſi, ne ſacramentum huiuſmodi minus honorifice tractetur: ac propterea pueros a ſeipſis minus quam decet abſterſos, nullo pacto dimittant: abuſusq; ſi quos forſan in huius quoque ſacramenti adminiſtratione perſtexerint, prorſus tollant.

DE SANCTISS. EVCHARISTIA.

Cap. I.

SACROSANCTVM Euchariſtiæ ſacramentũ in cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus eccleſijs quibuſcunque, ubi commode fieri poteſt, decentiſſime collocetur: nihilq; quod ad illius ornatum, & tutam conſeruationem pertineat, prætermittatur: quod quam primum,

&

& quanto honorificentius fieri poterit, in eorum Ecclesijs, & Parochijs Episcopos curaturos esse confidimus.

Cap. II.

EPiscopi *præterea efficiant, ut in quibusuis Parochialibus Ecclesijs, ubi non fuerit, societas corporis Domini N. Iesu Christi quamprimum instituatur. ubi uero societates huiusmodi hactenus uigent, eas uisitent, reforment, amplificent, & in officio contineant: nihil penitus omittentes, quod ad tanti sacramenti celebritatem, & ipsarũ societatum instituta retinenda, & moderanda facere uideatur.*

Cap. III.

AD *ægrotos sacram Eucharistiam, præsertim per urbes, & oppida sacerdotes allaturi, non nisi decenter ornati prodeant, nec sine umbella, ac honesto fidelium lumina deferentium comitatu. ut uero populus eo frequentior accedat, crebris per concionem admonitionibus, induigentiarumq; largitionibus eum excitari Episcopi uehementer studeant, cum ex hoc ipso populi deuotio, ac religio, maxime cognoscatur.*

Cap.

Cap. IIII.

SAnctum Eucharistiæ sacramentum, ubi sid ecclesiæ qualitas, & amplitudo patitur, masculis separatim a fœminis administretur. adolescentes uero ad huiusmodi sacramenti usum, non admittantur, absque diligenti Parochorum inquisitione, num ea discretione sint præditi, quæ in tanti sacramenti perceptione requiritur.

Cap. V.

NE uero sacrosanctam Eucharistiam simentes, præsertim rudes & imbecilli, sub utraque specie fortasse communicare arbitrentur, statuimus, communicantes omnes in uase aliquo, quod non habeat calicis formam, esse purificandos.

Cap. VI.

NOn communicatorum in Paschate notulam quamprimum à Parochis sibi proferri singulis annis Episcopi iubeant: qui postquam uere contumaces ter, a die sancto Paschæ usque ad Pentecosten cuiusq; anni, generatim admoniti publice fuerint, eorum nomina primum in cathedralium ecclesiarũ ualuis affixa, tum in proprijs Parochijs denunciari Episcopi ipsi curent: ac deinceps

ab ecclesiæ ingressu, ut præsenti decreto mandamus, inobedientes huiusmodi omnino arceantur, sub pœnis Episcoporum arbitrio contra eos statuendis: quos si interea decedere contigerit, iuxta Lateranensis Concilij decretum, in ecclesijs, uel earum cœmeterijs sepeliri prohibemus.

Cap. VII.

QVi uero diuturna animi obstinatione, Episcopi iudicio discernenda, inimicitias deponere noluerint, ac propterea non communicent, ab ecclesiæ aditu, ac fidelium etiam cœtu, si uidebitur, excommunicatione repellantur.

DE POENITENTIA.

Cap. I.

CONFESSIONIBVS audiendis diligenti inquisitione præuia, eos præficere Episcopi quam maxime studeant, qui recte peccata distinguere, & curare, atque oleum & uinum uulneratis cõscientijs superinfundere probe calleant: cum ex

ex hoc ipso sacramento peccatorum conuersio, & corruptæ cuiusq; uitæ reformatio potissimum pendeat.

Cap. II.

CONfessiones publice, ac in aperto ecclesiæ loco, non autem in cubiculis, etiam ecclesiæ cohærentibus audiantur. quod ut commodius, ac decentius effici possit, mandamus in singulis cathedralibus, ac parochialibus ecclesijs confessionales sedes erigi, atque ita institui, ut tabulæ interpositione, crate ferrea uel lignea, aut perforata lamina adiecta, confessores, a pœnitentibus separentur, ac distinguantur. extra quas quidē sedes, confessoribus quibusq; inhibemus, ne confessiones ullas, præsertim mulierum cuiuscunque ætatis, uel qualitatis audiant: nisi rei necessitas aliud postulet, sub pœna Episcopi arbitrio imponenda.

Cap. III.

HAEc autem a confessoribus uitentur: ne confitentes oticsis interrogationibus, aut inutilibus detineant: idq; præcipue caueant, ne pueri, & puellæ cæteriq; rudes de eo quod ignorant imprudenter interrogati instruantur. Mulieres ante solis ortum,

uel

uel post occasum, nisi aliud rei necessitas suadeat, ad confessiones non recipiantur. concubinarij, aut contractus illicitos ineuntes, unde soluant habentes, sub spe futuræ satisfactionis, ultra primam uicem, nisi satisfactione ipsa præcedente non absoluantur. In casibus apostolicæ sedi, uel Episcopo reseruatis, quos præ oculis semper habeant, confessores ipsi non se immiscean t: pœnitentias pecunias non infligant, eas sibi ipsis uel eorum ecclesijs applicando: sed pijs tantum operibus, uel locis: nec etiam huiusmodi distributiones sibi committi procurent: uerbo, aut signo confessiones non prodant, uel reuelent: pœnitetias grauiores, & quas ueri simile est non esse implendas, euitent: grauissimis tamẽ delictis non leues imponant. In prædictis autem, atque alijs similibus si confessores deliquerint, illos Episcopi ex arbitrio, & conscientia seueriſsime compescant.

Cap. IIII.

ARtis medicæ professores, ægrotos quos curent, primum omni charitate admoneant, ut diuinam prius, quam humanam medicinam, ecclesiastica uidelicet sacramenta percipiant: quod si facere infirmi ipsi præ-

termittant,

termittant, ab eorum curatione Medici desi-
ciant. Medicos autem ipsos, qui uel negligẽ
ter, uel remissius quam debẽt, in hoc se gessi-
serint, canonicis pœnis, atque in sanctiss. D.
N. Pij Quinti Bulla contentis affici manda-
mus. curentq; Episcopi, ut huiusmodi Bulla
ad Medicorum memoriam ob eorum, & pro
ximi animarum salutem, sæpius reuocetur.

Cap. V.

IN cathedralibus ecclesijs ubi Episcopo-
rum iudicio fieri poterit, Tridentini Con-
cilij decretum, quoad Pœnitentiarij deputa-
tionem, & præbendæ assignationem observa-
ri mandamus, aut aliter prouideri, ut in ec-
clesijs prædictis officium huiusmodi mini-
me desit. Huic autem Pœnitentiario Episco-
pi ampliorem in casibus sibi reseruatis absol-
uendi facultatem concedere poterunt: cura-
buntq;, ut omnia iuxta facultatem sibi in eo-
dem decreto concessam, ex sui officij debito
diligentissime exequatur.

Cap. VI.

QVia uero sæpe contingit, Confesso-
res ob Bullæ, quæ singulis annis in
die Cœnæ Domini legi consueuit, ignoratio-
nem, à casibus sanctiss. D. N. reseruatis,

tis,

tis, frustra & inutiliter absoluere curent, id circo Episcopi, iuxta apostolici mandati formam, præfatam Bullam, semel saltem in anno, ad Christifidelium notitiam deduci, ac solemniter publicari, dum maior in ecclesia populi multitudo cõuenerit, atque ita distincte, & aperte declarari, ut casus in ea expressi, omnibus innotescant, idemq; per eorũ dioceses fieri mandent: eadem Bulla ad faciliorem, & populi, & cleri intelligentiam, per capita comprehensa, & in summarium redacta.

DE EXTREMA VNCTIONE.

Cap. I.

T Sanctæ Vnctionis extremæ sacramento debita reuerentia præstetur, statuimus id ipsum in tuto, ac honesto loco, & uasculo ab alijs sacris oleis distincto, honorifice ad inungendos infirmos asseruari: ad quos quidem quoties deferri debebit, prospiciant Episcopi, ut ea qua decet uenerationc & religione deferatur, in uasculo scilicet argẽteo, uel saltẽ stãneo, quo maior mũditia in eo cõseruãdo adhibeatur.

Cap.

Cap. II.

PArochi uero ſæpe dubitantes, quinam potiſſimum hoc ſacro oleo ſint inungendi, ab Epiſcopis edoceatur, eos præcipue inungi oportere, qui cũ in mortis articulo uere ſint conſtituti, adhuc tamen, quid agant intelligant, & ſenſu, quantum fieri poteſt, integro exiſtant. Impœnitentibus uero, & his, qui cum notorij peccatores eſſent, uel ab eccleſia alieni, nullum pœnitentiæ ſignũ emiſerint, ſacram hanc unctionem ex ſacrorum Canonum diſpoſitione negandam eſſe non ambigitur.

Cap. III.

EPiſcopi crebro Curatos admoneant, & obteſtentur, ut in extremis conſtitutos omni pietate, ac ſtudio tractent: cum nullo unquam tempore ſpirituali medico magis ſit opus, ut uere dici poſſit, totius curæ ſummam huc ſpectare, quod in extremo uitæ ſpiritu fidelium animæ Deo reconcilientur, & commendentur: in qno cum paſſim Parochi tepidiores eſſe conſueuerint, eos idcirco ſæpe ab Epiſcopis excitari exoptamus, ut circa ægrotos, & morti proximos diligẽtiſſime ſuum munus exequantur, grauiſſima pœna negligen-

negligentibus, eorum arbitrio proponenda.

DE ORDINE.

Cap. I.

IN Ordinibus quibusque conferendis sacri Tridentini Concilij decreta omnia, tam quoad temporũ interstitia, quam quoad ordinandorum ætatem, & qualitatem, ab Episcopis exacte obseruẽtur.

Cum uero sacrorum Ordinum receptio, ad animarum curam exercendam quasi aditus sit, & præparatio quædam, sine qua ecclesiastica disciplina constare non potest, quã periculosa res sit prosticientes, Episcopos omnes obsecramus & obtestamur in Domino, ut omnem in clericis ad ordines promouendis diligentiam impendant: nec quemquã aliqua ratione a legitimo examine excipiant, habita nihilominus locorum, ac personarum prudenti distinctione pro ipsorum ordinantium religione, & conscientia.

Cap. II.

INquirant autem Episcopi super ordinandorum uita, & qualitate, prudentibus uiris

ris adhibitis, iuxta eiuſdem Concilij decre-
tum, ac prout circa aſſumendos ad Parochia-
les eccleſias ſupra ſtatuimus: inferiorum &
ſuperiorum ordinum competenti ratione ha-
bita, iuxta eiuſdem Concilij præcepta.

Cap. III.

EPiſcopi ſacros Ordines collaturi, ſi le-
gitime impediti fuerint teſte eorũ con-
ſcientia, id nominatim alicui probo, & eru-
dito uiro demandent: qui cum diuinæ legis
peritis, ad id per Epiſcopos deputatis, ordi-
nandorum examini diligenter incumbat, &
ſuam, & mandantis conſcientiam exoneret.
nullam autem quamuis grauem occupationẽ
Epiſcopi huic anteponant, cum de re tanti
ponderis agatur, in qua & clericalis ordinis
dignitas, & ipſorum Epiſcoporum anima-
rum periculum præcipue uerſatur.

Cap. IIII.

CLericos ad quoſcunque ordines pro-
motos Epiſcopi per ſuarum diœceſiũ
eccleſias, & pia loca diſtribuant, illiſq; ne
incertis uagentur ſedibus, adſcribãt, ex eiuſ
dem Concilij decreto: eaq; de re in teſtimo-
nialibus literis caueatur.

Cap.

Cap. V.

ANimaduertant etiam Episcopi, ne sacris Ordinibus aliquem initient, qui uere ecclesiasticum beneficium, pensionem, uel patrimonium eius uictui sufficiens, iuxta eiusdem Concilij decretum, non obtineat. Patrimonium uero, si ad illius titulum aliquē ordinare Episcopo expedire uideatur, sit proprium, non autem commentitium, uel simulatum, cum mediata uel immediata retrocessione: quod ab Episcopis animarum suarum periculo, magnopere est præcauendum.

Cap. VI.

MOnentur præterea Episcopi, ne indistincte beneficiorum, ad quorum titulum aliqui sint ad sacros Ordines promoti, resignationes admittant, nisi alias habeant unde se alere possint, ex eiusdem Cõcilij decreto, ac sanctiss. D. N. Pij Quinti Bulla.

Cap. VII.

ILlud quoque circa patrimonij titulum statuimus, ut de eo non alienando Episcopi sibi caueri curent, donec, uel ex ecclesiæ reditibus, uel aliũde suppetat, ut Episcopi iudicio decẽter uiuat: cuius quidẽ rei apud acta per Episcopalis curiæ scribam testatio fiat.

Cap.

Cap. VIII.

MInoribus ordinibus initiati, in præcipuis Domini N. Iesu Christi, ac Beatæ Mariæ Virginis festiuitatibus sacrã Eucharistiam suscipiant: diaconi uero & subdiaconi, etiam si Canonici sint, & in dignitatibus constituti, semel saltem in mense id facere nullo pacto prætermittant.

DE MATRIMONIO.

Cap. I.

QVAECVNQVE *a sacra Tridentina Synodo pro matrimonij reformatione statuta sunt, in suis diœcesibus obseruari Episcopi diligenter curent, propositis etiam ex arbitrio pœnis, ubi arbitrio locus est, necnon sæpius in anno ad populorum memoriam, præsertim quod ad ipsius sacramenti substantiam & formam pertinet, reuocari faciant.*

Cap. II.

DEnunciationes quæ Matrimonia antecedere debent, ex eiusdem Concilij

præcepto, tam in Parochia uiri, quam mulieris fiant : eas in totum, uel pro parte remittendi facultate Parochis penitus interdicta: cum id totum Episcoporum arbitrio ab eadem Synodo prorsus committatur.

Cap. III.

PArochi, quicunque uel denunciationes facere, uel sponsos & sponsas benedicere neglexerint, uel calumniose distulerint, absq; rationabili causa ab Episcopis comprobanda, grauiter eorũ iudicio mulctẽtur.

Cap. IIII.

PArochus per seipsum legitimo impedimento cessante, non per alium, & Matrimonia celebret, & sponsos ac sponsas benedicat : quo impedito teneatur, qui Parochi uices supplet, ipsi Parocho mandanti fideliter referre uerbo uel scripto, Matrimonij per eum celebrati diem, locum, sponsorumq;, ac testium nomina : ut in proprium sponsorum librum a Parocho referri possit: quem quidem librum in Parochialibus quibuscumque haberi, ac diligẽter conscribi & custodiri Episcopi curent, pœna etiam ex arbitrio negligentibus proposita.

Cap.

Cap. V.

QVo ad Matrimonia uero cum uagabundis contrahenda, eiusdem Concilij dispositio accuratißime obseruetur: exigantq; Episcopi de personis huiusmodi authenticam fidem, tum quod solutæ sint, tũ quod a catholica communione non alienæ. quod si aliqui non expectata Ordinarij licentia contraxerint, uel huiusmodi Matrimonia celebrauerint, grauißime puniantur, quamuis solemnia interceßerint.

Cap. VI.

HOrtemur insuper ac enixe hortari mãdamus sponsos & sponsas, ne cohabitent, donec rite, ac recte Matrimonium celebretur, ut scandala, quæ exinde oriri possent, euitentur, præter peccatum, quod committitur. monemusq; eosdem iuxta eiusdem Concilij monita, prout etiam ab Episcopis moneri exoptamus, ut antequam contrahant, uel triduo saltem ante Matrimonij consummationem, peccata confiteantur, & ad Eucharistiæ sacramentum pie ac reuerenter accedant, quo maiore uenerationi Matrimonij sacramentum prosequantur.

DECRETA PROVINC.

Cap. VII.

MEminerint postremo Episcopi ad eos spectare ex eiusdem Concilij decreto, quæcunque huius sacramenti sanctitati, ac honestati contraria uidebuntur penitus tollere: cum res tam sancta, non nisi pie ac sancte tractari debeat.

DE SACRIFICIO MISSAE.

Cap. I.

SACROSANCTVM Missæ sacrificium de itis horis celebretur, neq; post meridiem, neque ante auroræ, excepta nocte Natiuitatis Domini: nec etiam extra ecclesiam, uel oratoria rite ab Episcopo designata & approbata, sub suspensionis pœna, atque alijs ex arbitrio imponendis tam contra celebrantes, quam contra eos qui id affectauerint, uel curauerint; quacunq; dignitate præfulgeant.

Cap. II.

CAEremonijs tantum ab ecclesia comprobatis in Missarum celebratione sacerdotes

cerdotes utantur, ne uerbum quidem addendo, uel immutando ex his quæ in cuiusq; diei Missa continentur, uel etiam in ipsius Missæ ordinario, iuxta Lateranensis posterioris Concilij decretum.

Cap. III.

AD Missæ, ut uocant, nouæ celebrationem nullus admittatur, quem per diligentem Episcopi, uel eius Vicarij inquisitionem non constet recte cæremonias didicisse, ut uniformis sit ubiq; celebrãdi ratio. eo autem tempore ludos, choreas, aut alia huiusmodi profana repræsentari, sub suspensionis & arbitrij pœna, omnino prohibemus.

Cap. IIII.

STudeant autem magnopere sacerdotes, ut inter celebrandum omnia recte & cõposite, nec nimis celeriter quam decet, aut nimis tarde peragantur: ac propterea Missam prælegãt, quo partes singulæ ita sint in promptu, ut neq; error, neq; hæsitatio aliqua contingat: quod sine populi offensione accidere non potest.

Cap. V.

MIssam celebraturi prius peccata confiteantur: caueantq;, ne cum se reos

mortalis delicti ex conscientia agnoscant, quantumcunq; se se contritos existiment, habita confessoris copia sacramentalem confessionem prætermittant: aliter enim sentiens, uel asserens, ex sacri Tridentini Cõcilij decreto excõmunicationi subiacet. quod si necessitate urgẽte sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimum iuxta eiusdem sanctæ Synodi præceptum confiteatur.

Cap. VI.

IN Monialium ecclesijs absque earum Superiorum licentia nemo celebret, sub suspensionis pœna, atque alia Ordinarij arbitrio infligenda.

Cap. VII.

ILlud autem maxime a populo in Missæ celebratione Episcopi uitari curent, ne quis ita ad altare accedat, ut sacerdoti celebranti sit molestiæ uel impedimento. ne etiã erecti, aut auersi, sed omni cum deuotione, atque animo ad Deum propenso, fideles quique Missæ sacrificio intersint: necnon detecto capite & genibus flexis capita reuerenter inclinantes, quandocunque nomen D. N. Iesu Christi memorari cõtingat, sub pœnis a

ſanctiß. D. N. Pio Quinto per eius Bullam ſtatutis.

Cap. VIII.

PEregrinum ſacerdotem incognitum, ad celebrandum abſque Ordinarij licẽtia, eccleſiarum Rectores ex Tridentini Concilij decreto non admittant. Ordinarij uero ipſi diligenter inuigilent, ac bene perſpiciant, quæ nam dimiſſoriæ ſint comprobandæ, uel reijciendæ: cum exemplo conſtet innumerabiles fraudes hac in re committi cõſueuiſſe.

Cap. IX.

IN una quaque eccleſia prouideant Epiſcopi, ut omnia ad Miſſæ ſacrificium opportuna, ea munditia, ac puritate conſeruentur, quæ domum Dei maxime deceat, & eccleſiæ cuiuſque dignitati conueniat.

Cap. X.

INter Miſſarum ſolemnia quæſtus fieri, uel quoquo modo in ecclesijs mendicari, ex eadẽ ſanctiß. D. N. Bulla, ſub pœnis quæ in ea continentur, tam clericis, quam laicis prohibeatur: quod & concionum tempore minime eſt permittendum, niſi aliud ex cauſa quandoq; Epiſcopo uideatur.

DECRETA PROVINC.

DE DIGNITATIBVS, ET CANONICIS.

Cap. I.

VBICVNQVE *sacri Tridentini Concilij decretum, quo cauetur maiorem saltem capituli cuiusque partem in præsbyteratu esse constitutam, hactenus non est in usu, debitæ executioni demandetur: ita tamen ut deinceps ordinis prærogatiua inter eos perpetuo seruetur, quacunque consuetudine non obstante: nempe ut præsbyteri diaconis, subdiaconis uero diaconi, donec ad superiores ordines promoti fuerint, de cætero præferantur.*

Cap. II.

AD *Dignitates uero, uel Canonicatus in quibusq; ecclesijs ij assumantur, qui Episcopos opera & officio iuuare ualeant: eaq; morum integritate præditi sint, ut corũ capitulum cuiusq; ecclesiæ Senatus merito dici possit: atque alijs existant qualitatibus ornati, tam a iure, quam ab eodem Triden-*

tino

tino Concilio requisitis : super quo Episcoporum conscientias oneramus.

Cap. III.

CAnonici atque alij dignitates uel personatus quoscunque in cathedralibus ecclesijs, uel collegiatis obtinentes, Prælatis suis omnem obediẽtiam, ac reuerentiã præstent, quacunque exemptione non obstante, quod ad honorem eis exhibendum pertinet. Quare eos ad ecclesiam diuinorũ causa deducere, & domum reducere in habitu loco, tempori, ac eorum dignitati congruenti, dignitates, & canonicatus obtinentes, capitulaq; ipsa omnino teneantur. saluis, quo ad alia, cuiusque capituli, ac dignitatum iuribus exemptionibus, ac priuilegijs quibuscunque.

Cap. IIII.

EXpediret maxime ut cathedraliũ ecclesiarum, ac insignium collegiatarum dignitates & canonici omnibus dominicis, festiuis diebus, & alijs quam sæpissime Missas publice in eorum ecclesijs celebrarent: ad minus tamen in maioribus quibuscunque anni solemnitatibus, in quibus Episcopi in Pontificalibus non celebrauerint : necnon & singulis Beatæ Mariæ Virginis, & San-

ctorum Apostolorum festiuitatibus, ac dedi cati nis ecclesiæ, & Sanctorum Protectorũ ciuitatis cuiusque, atque in quibusuis tam Quadragesimæ, quam Aduentus Dominicis diebus Missarum solemnia in maiori ecclesiarum ipsarum altari per seipsos omnino celebrare teneantur: eo ordine & lege qua inter seipsos intra mensem ab harum constitutionum publicatione conuenerint: alioquin ipsimet Episcopi pro suo arbitrio deputent, qua die singuli celebrare debeant: nec liceat eisdem ab illorum præscripto recedere: quacunque consuetudine etiam immemorabili non obstante, sub suspensionis, atque alijs ex arbitrio pœnis infligendis: saluis tamen earum ecclesiarum constitutionibus seu consuetudinibus, in quibus ijdem publice & solemniter frequentius celebrare tenentur.

Cap. V.

Diuinorum tempore a Canonicis, uel alijs ecclesiæ ministris conuentus, seu capitula, ut uocant, non habeantur, alioquin distributionibus illius diei careãt: quas Episcopi pijs usibus ex arbitrio tribuant. & si maior contumacia interuenerit, Episcopi iu-

dicio

dicio aliter pro modo culpæ præterea puniantur.

Cap. VI.

CAppæ, uel Almutiæ tam a Canonicis, quam ab alijs ecclesiæ ministris, iuxta cuiusque loci consuetudinem deferri solitæ, deferantur: alioquin eas deferre omittentes, uti non residentes punctẽtur. quæ nihilominus Almutiæ dum sacra mysteria celebrantur, in altari statim deponantur: non autem super sacris uestibus ullatenus habeantur, ni si tantum in incessu, sub eadem pœna.

DE MANSIONARIIS.

Cap. I.

MANSIONARII in ecclesijs ubi adsunt, per seipsos munus suum obeũtes (sicut & cæteros ecclesiæ ministros cuiuscunque gradus, qualitatis, & dignitatis existant, propria cuiusque munia similiter per se ipsos obire mandamus) illud ipsum accuratissime implere satagãt, ne deficientes annotentur: necnon pro rata portionum,

tionum, uel præbendarum ſuarum, ſi diſtributionibus careant, punctationes in proprio libro annotandas perſoluant: atq; eadem in illis ratio ſeruetur, quæ in Canonicorum punctationibus, ac diſtributionibus infra proxime ſtatuetur: niſi aliud eccleſiæ ſuæ magis expedire Epiſcopo uideatur.

Cap. II.

ILlud autem Manſionarij ſemper obſeruent, ut ea hora qua ſibi iniunctum ex Manſionaria munus incumbit, a cæteris curis in eccleſia, ne dum extra eam, prorſus ſint expediti: alioquin ac ſi ea hora defecerint, a Punctatore notentur: ſciantq; ob eorum officij neceſsitatem, quod & in canendo, & pſallēdo præcipue uerſatur, feſtis diebus punctaturas eiſdem eſſe duplicandas, niſi maiori pœna ex alicuius eccleſiæ inſtituto plectantur.

DE DISTRIBVTIONIBVS QVOTIDIANIS.

Cap. I.

QVOTIDIANAE diſtributiones, his tantūmodo qui ſatis horis diuinis interfuerint, ex ſacrorum Canonum diſpoſi-

dispositione, ac Tridentini Concilij decreto tribuantur. cuius quidem Concilij auctoritate, prohibemus collusionem aliquam, uel remissionẽ de eis fieri, sub dupli pœna à Camerario capituli, si capitulariter omnes deliquerint persoluenda. si uero aliqui de capitulo hac in re excesserint, ipsi delinquentes tantumdem ex suis distributionibus amittant: & Episcopi arbitrio utraque pœna pijs usibus applicetur: his dumtaxat exceptis, quos uel corporis infirmitas, uel ecclesiæ utilitas excusat, ex eorumdem Canonum dispositione.

Cap. II.

PRouideant autem Episcopi, ut ubi tenues, uel nullæ distributiones existunt, uel per tertiam fructuum dignitatũ, ac præbendarum partem, in distributiones conuertendam, uel per simplicium beneficiorũ unionem, adeo augeantur, ut seruientium usui sufficere possint: idq; quamprimum efficiant iuxta eiusdem Concilij præceptum.

Cap. III.

NOn constitutos in sacris, de distributionibus participare, necnõ uocem in capitulo habere, ex eiusdem Concilij prohibitione

bitione penitus interdicimus. qui uero ſecus fecerint, diſtributionibus ipſis tamdiu careant, donec Epiſcoporum arbitrio ſatisfecerint.

DE PVNCTATORE.

Cap. I.

VNCTATIONES *pro quotidianis diſtributionibus conſequendis, quam diligentiſſime per eum, ad quem ſpectat, ac diſtincte annotentur, & ſine aliqua perſonarum acceptione.*

Cap. II.

PVnctatores uero ſingulo quoq; anno per Epiſcopos, uel alios ad quos iuxta eccleſiarum conſuetudinem ea res pertinet, modo ab eiſdem comprobentur, conſtituantur: quibus quidem iuramentum deferatur, de bene, ac legitime officium ſuum exercendo, ſub dupli, quanti id fuerit, & periurij pœna.

Cap. III.

SIngulis autem menſibus, niſi aliud Epiſcopo uideatur, ex ſui officij debito, Superiori

periori suo punctationum librum Punctatores ipsi præsentare teneantur: quæ si non recte se habere Superior ipse cognouerit, eos negligẽtiæ suæ pœnas, dupli scilicet & periurij dare compellat. idem quoque Punctator quisque facere debeat, antequam alicui ecclesiæ ministro, qui de distributionibus participet, eius seruitij portio assignetur: quo certior fiat Episcopus, an aliqua collusio ea in re intercesserit.

DE CHORI PRAEFECTO.

Cap. I.

CHORI *præfecti officiũ iuxta cuiusque ecclesiæ consuetudinem a deputatis exerceatur: ubi uero aliqua consuetudo non uiget, Episcopus ex dignitatibus, uel canonicis, seu alijs ecclesiæ ministris, eum, qui sibi aptior uidebitur, huic muneri præficiat: quod & prompte suscipere, & diligenter exercere, quicunque idoneus fuerit habitus, sub pœna, ipsius Ordinarij arbitrio statuenda teneatur.*

Cap.

Cap. II.

IN primis uero chori Præfectum curare oportet, ut Missarum solemnia, atque alia diuina officia congruis horis, & qua decet religione, ac studio persoluantur, atque ea omnia in ecclesia obseruentur, quæ ad rectam diuinorum celebrationem pertinent: negligẽtiumq; clericorum culpas annotare, arguere, & si sit opus deferre, Præfectus ipse satagat, ut ab Episcopo redarguantur, uel pro modo culpæ ex arbitrio puniantur.

Cap. III.

ILlud autem meminerint Episcopi, nullum in ecclesia officium hoc ipso ferè præstantius esse, aut magis necessariũ, ac propterea ab ipsis quam sæpissime commorendos esse eos, qui illud in ecclesia pro tempore gerũt: cum ab eo potissimum pendeat recta ecclesiarum ordinatio, ac diuini cultus propagatio. curentq; Præfecti ipsi a clericis omnibus, in his quæ ad eorum officium pertinent, obedientiam sibi præstari: inobedientes uero deferant, ac pro culpæ qualitate ab Episcopis puniri curent.

DE CAEREMONIARVM MAGISTRO.

Cap. I.

CAEREMONIARVM *Magister, ubi ex ecclesiæ alicuius instituto non adest, in cathedralibus, & collegiatis præsertim insignibus, is ab* Episcopis *eligatur, qui in diuinorum celebratione optime sit uersatus, atque huic muneri satisfacere possit. Is uero quæcũque ad cæremonias attinent curare debet, ut quam diligentissime, rite, & ex ordine in ecclesia peragãtur: cui ut ab omnibus, quo ad cæremonias ipsas, pareatur, quicunque ille sit,* Episcopi *efficiãt: & quos contumaces inuenerint, quamuis Canonici sint, uel in alia ecclesiastica dignitate constituti, ex officio corripiãt, ac debitis pœnis afficiant: quemadmodum & ipse, si in his quæ sui muneris sunt, quouis modo deliquerit,* Episcopi *arbitratu puniatur, uel emendetur.*

DECRETA PROVINC.

DE CHORI MAGISTRO.

Cap. I.

IN *una quaque cathedrali uel collegiata ecclesia chori Magister instituatur, ubi Mansionarij non sint, uel alius quispiam ab Episcopo, uel Capitulo ad id deputatus, qui præcentoris officium exerceat: & in ecclesiastico cantu sit eruditus: congrua sibi mercede, iuxta cuiusque ecclesiæ institutum, uel Episcopi præscriptum, constituta.*

Cap. II.

CHori *autem Magistri officium id erit, quæ sunt in ecclesia canenda, uel legenda proponere, ac præuidere, ut promptius recitari, uel cantari possint. Item alijs in cantu præire, ut dissonantiæ uitentur: necnon curare, ut tam antiphonæ, quam gradualia, & his similia concorditer, ac recte cantentur, quo minus audientium aures offendantur. Ad eundem quoque spectabit efficere, ut alta & intelligibili uoce canonicæ Horæ*

recitentur : uoces depressas extollendo , uel nimis elatas remittẽdo, prout sibi magis conducere uidebitur.

Cap. III.

OMnes uero clerici qualescunque sint, *in his quæ ad ipsius chori Magistrum pertinere uidebuntur, eidẽ assentiri, & obedire teneantur . Quisquis autem illius officium perturbare, aut qnoquo pacto eidem in suo munere molestus esse præsumpserit , ab Episcopo grauiter pro modo culpæ ex arbitrio corripiatur .*

DE MVSICAE MAGISTRO.

Cap. I.

MVSICAE Magister *pro ecclesiæ facultatibus & instituto, congrua ei mercede proposita , qua uidebitur Episcopo tutiori uia, ubi ecclesiæ consuetudo aliqua nõ apparet , in una quaque cathedrali ecclesia constituatur . is uero uel idem sit, qui Seminarij pueros ecclesiasticos cantus edoceat , uel alius pro ecclesiæ cuiusque dignitate, & qualitate Episcopi iudicio adhibeatur .*

Cap.

Cap. II.

IN ecclesijs autẽ ubi Musici redditus pro Cantorum mercede sunt instituti, curent Episcopi. ut uere musicæ artis peritis clericis ubi haberi possunt, tribuantur: alioquin laicis, qui tamen clericalibus uestibus sacrorum tempore, si commode fieri poterit, induantur, pro stipendio assignentur. qui si statis diebus, quicũque sint, suo muneri defuerint, ex eorum mercede portio aliqua Episcopi arbitrio detrahatur: eademq; ratio in musicæ Magistro, atque alijs huiusmodi ecclesiæ ministris seruetur, quo maiore in suis officijs solicitudine utantur.

Cap. III.

MVsici cantus eiusmodi in ecclesia adhibeantur, qui populum ad deuotionem prouocẽt. Diuinæ laudes Musicis rhythmis non inuoluantur aut implicẽtur, sed explicite proferantur, atque ita, ut clare intelligi possint. Gradualia uero, introitus, atque alia huiusmodi, plano cantu, ut uocant, annotata, iuxta canonicas sanctiones a suo originali tono minime alterentur: liberum tamen sit Cantoribus consonantias aliquas adiungere non mutata cantus origine.

DE ORGANO.

Cap. I.

IN *cathedralibus præsertim ecclesijs* Organa *diuinorum causa ex uetusto ecclesiæ instituto non desint : necnõ qui ea pro ecclesiæ dignitate, atque ex arte pulsent adhibeantur : mercede eisdem iuxta ecclesiarum consuetudinem, & ea deficiente pro* Episcoporum *taxatione persoluenda.*

Cap. II.

IN Organis *autem lasciuum quid, uel impurum ex sacri* Concilij Tridentini *præcepto minime canatur, nec pulsando miscea-tur : quod qui neglexerint, seueriori pœna ex arbitrio plectantur. sitq; Organorum sonus, & uocum in illis modulatio eiusmodi, quæ ad pietatẽ & religionem audientes excitet, nõ ut aures uulgi tantũmodo mulceat.*

Cap. III.

ALia *uero instrumentorum genera, præter* Organa, *non adhibeãtur, nisi aliud*

ex

ex causa Episcopo uideatur : qui pro temporis & loci qualitate, quod religioni congrue iudicauerit, pro sua prudentia statuet.

DE HORIS CANONICIS.

Cap. I.

HORAE canonicæ pro dierum ac festorum qualitate legantur, uel canentur, prout chori præfectus ex ecclesiæ instituto, uel Episcopi præscripto expedire arbitrabitur.

Cap. II.

EA autem psallendi ratio comprobetur, ut concorditer psallatur : & siue uerbo, siue cantu agatur, uoce non nimis depressa, nec nimis arguta, Dei laudes proferantur. Fiat autem in medio cuiusque psalmi uersiculo suspensio cõueniens, qua pars a parte distinguatur, quod ualde ad bene psallendum conferre exemplo cõstat : contineantq; psallentes ipsi eorum uoces intra tonos, & modulos, quicunque contigerint, nec uocibus euagentur, quo nihil est indecentius: necnon

inter

inter festiuum, & feriatum officiũ congrua differentia fiat, pro ipsius chori Præfecti arbitrio.

Cap. III.

SIngulæ quæq; horæ opportunis temporibus ex uniuersali Ecclesiæ instituto recitentur. Matutinum uero curent Episcopi, ut summo mane dicatur, atque ea circumspectione habita, ut aliæ Horæ commode persolui possint.

Cap. IIII.

QVod uero ad canonicas Horas a clericis recitandas attinet, statuimus ab omnibus & singulis in sacris constitutis, uel ecclesiastica beneficia obtinentibus quotidie recitari debere: alioquin beneficiati diuinum officium omittentes, iuxta Lateranensis posterioris Cõcilij decretum fructus suos non faciant, qui quidem in pios usus conuerti debeant: & post debitam monitionem beneficio quoque priuentur: præter graue peccatum quod continue committunt. Item quicunque in sacris constituti illud sine causa prætermiserint, præter peccati reatum quẽ contrahunt, etiam seuerissime ex arbitrio puniantur.

Cap.

DECRETA PROVINC.

Cap. V.

SI quis autẽ error inter pſallendũ, aut orã dum, uel omittendo, uel ſubuertendo contigerit, is non ab omnibus, ſed a chori Præfecto tantũmodo corrigatur: qui pro ſua prudentia uel ſuppleri, uel repeti, aut progredi mandabit, prout ſibi magis expedire uidebitur.

Cap. VI.

AD Matutinum officium quicunque reſponſoria uel lectiones pro ſuo munere eſt in eccleſia recitaturus, ea prælegat, ac præuideat, ut promptius legat, errores inter legendum uitet, diuinorumq; officiorum continuatio cunctando non impediatur.

DE CHORO.

Cap. I.

CLERICI quique ſub cathedralis, uel collegiatæ eccleſiæ ſtipendio militantes, ad conſuetum campanæ ſignũ ea qua decet grauitate ad eccleſiam accedentes, oratione peracta ante Sanctiſſimi D.N. Corpus, Sacriſtiam ingreſſi, ut ueſtibus ſuo ordini

ad

ad psallendum congruentibus induãtur: postquam omnes conuenerint hora aduenientè præcedentibus luminibus e sacristia bini à minoribus ad maiores progredientes, saltem solemnibus diebus, ac in maioribus anni festiuitatibus ad Missam maiorem & Vesperas, ad Chorum tacite ac modeste accedant.

Cap. II.

CHorum ingressi, ac in proprijs sedibus considentes concorditer psallant, eodẽ tempore cum opus fuerit, singuli assurgant, sedeant, genuflectant, & capita detegant, nihil extraneum diuinis immisceant, priuatum officium non recitent, nec colloquantur, obstrepant, aut literas legant, non euagentur, nec a propria sede recedant, nisi diuinæ rei gratia, non incomposito modo sedibus cohæreant, aut dormitent, aut rideant, nec a Choro nisi petita a Præfecto licentia, aut expletis omnibus recedant, sed toto corde in rem diuinam incumbant. Si qui uero in his, atque alijs huiusmodi quoquo pacto deliquerint, ad Præfecti arbitrium pro non residentibus habeantur, & alias pro modo culpæ ab Episcopis quoque puniantur.

DECRETA PROVINC.

Cap. III.

NE uero clerici, dum diuinis incumbunt ab aliquo impediantur, curent Episcopi, ut loca Clericorum usui in ecclesijs destinata, a laicis non occupentur, sed seorsum a clericis omnino diuinis intersint: nec chorũ ad psallendum institutum præsertim, ubi commode fieri potest, occupent: pœna in negligentes, uel impedientes quoscumque ab Episcopis ex arbitrio proponenda.

Cap. IIII.

ALia uero omnia quæ ad Chori legem atque alios ecclesiæ ministros, de quibus in præsentibus nulla fit mentio pertinere uidebuntur, pro ecclesiæ cuiusque qualitate, adhibitis in cõsilium duobus de Capitulo, ex sacri Tridentini Concilij decreto Episcopi suppleant.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

Cap. I.

NON solum in sacris constituti, aut ecclesiastica quæcunque beneficia obtinentes, uerum etiã minoribus ordinibus initiati,

tiati, qui clericalibus priuilegijs potiri uelint, clericalem habitum ſuo ordini, & qualitati congruentem, necnon tonſuram conſpicuam continue gerant, ſub pœnis per Epiſcopos iam ſtatutis, uel in poſterum ſtatuendis. Sacerdotes uero barbam præterea e ſuperiore labro ita detonſam, & in alijs ſui partibus aptatam ſemper habeant, ut ſumentibus Chriſti corpus, & ſanguinem nullatenus ſit impedimento.

Cap. II.

CLerici ueſtes ſericeas nullo modo deferant, ſuperiorem uero ſemper uſque ad talos protenſam gerant. Inferiores autem ueſtes, ſiue ſubtanæ, ut uocant, per Canonicos & alios in eccleſiaſtica dignitate conſtitutos pariter longæ uſque ad talos deferantur; cæteri uero præſertim pauperes & rurales clerici protenſas ad minus ultra genua, ſub eadem tamen forma, geſtare debeant. In itinere nihilominus clericis quibuſcunque breuioribus ueſtibus uti liceat: ita tamen, ut a clericali honeſtate non abhorreant. Sit autem ueſtium color omnino niger, præterquam in conſtitutis in dignitate, qui & leonato, & uiolaceo colore uti poterũt.

Cap. III.

Clericorum caligæ non sint inflatæ, nec ullatenus inciſæ: necnon calcei & crepidæ sint simplices, non autem inciſæ, uel scriceæ. Camisiæ in nulla sui parte exteriori sint crispatæ, uel lactucatæ: nec arte aliqua ullo modo elaboratæ. Pilei quoque simplices existant, non acuti siue turbinati: nec eis utantur clerici, nisi necessitatis gratia, ac pro temporum & locorum qualitate: non autem intra ecclesiam, præsertim dum diuinis interſunt. Subbireta pariter sint & ipsa simplicia, & honesta: quæ tamen, dum Missæ sacrificium per eos celebratur, semper deponantur: annulosq; nisi id dignitas postulet, clerici ipsi non deferant. In præmissis autem omnibus ad clericalem ornatum pertinentibus, præter rerum quibus deliquerint amissionem, Episcoporum arbitrio aliter quoque pro modo culpæ puniantur.

Cap. IIII.

A Taxillis, tesseris, pictarumq; pagellarum lusu, & alio quocunque ludi genere a sacris Canonibus improbato, penitus abstineant: nec sint etiam prohibitorum ludorum spectatores. Choreas non ducant, aut

spectent : nec laruati incedant. publice quoque, si scandalũ ex eo oriri potest, ludis etiã permissis non utantur, sub arbitrij pœna .

Cap. V.

AB omni prorsus suspectarum mulierũ familiaritate, conuersatione, & cohabitatione clerici abstineant, sub pœnis in sacri Tridentini Concilij decreto comprehensis, atque alijs a sacris Canonibus inflictis, uel Episcoporum arbitrio infligendis : ita sane ut mulieres omnes pro suspectis habeantur . illis tantum exceptis , quarum conuersatio a iure permittitur : quas tamen absque speciali Ordinarij licentia domi retinere nõ audeant .

Cap. VI.

CAueant insuper clerici, ne uel in ædibus eorum patrimonialibus fœminæ quouis modo suspectæ commorentur, aut detineantur, uel infamibus personis eas locent. quod multo magis in suarum ecclesiarum domibus prohibitum esse intelligant : sub pœnis in eosdem ex arbitrio statuendis .

Cap. VII.

VEnationem quoque contra sacrorũ Canonum formam , clerici minime exer-

ceant : ab illicitisq; artibus & officijs quibuscunque caueant . tabernas non adeãt, nec diuersoria frequentent : nisi itineris, ac necessitatis gratia . Qui uero in prædictis offenderint, grauissime Episcoporum arbitrio plectantur .

Cap. VIII.

ARma siue ad offendendum , siue ad defendendum parata, non obtenta ab Ordinario licentia , ex urgenti tantummodo causa concedenda, clerici, præcipue in sacris constituti, tàm per ciuitates & oppida , quã per uillas non deferant , nisi per loca minus tuta iterfaciant . Inobedientes autem prima uice pecuniaria pœna Episcopi arbitratu mulctentur : secunda uero , carceris macera tione , ac suspensione ad arbitrium afficiantur : postremo , si se enormibus præsertim immesceant, nec resipiscant , fructuum Ecclesiasticorum priuatione , ac etiam beneficij amissione , uel depositione pro modo culpæ, & personæ qualitate puniantur : ea semper circumspectione adhibita, ut noctis causa pœna duplicetur & aggrauetur .

Cap.

Cap. IX.

CLerici quoque noctu ſine cauſa, uel minuſquam honeſta, ac rationabili euagantes, ab Epiſcopis corripiantur, & abſtinere cogantur. Quod ſi uel canendo, uel inſtrumenta aliqua pulſando, per noctem deambulauerint, aut id agentibus comites ſe ſe præbuerint, carcerentur, & pœnis ab Ordinario congruentibus ſubijciantur.

Cap. X.

IN ſacris conſtituti clerici, infamulatu laicorum, etiam principum, niſi ad officium aliquod non indecens, & ſuo ordine non indignum, ac de Epiſcoporum ſuorum licentia, non admittantur, ſub ſuſpenſionis, & arbitrij pœna.

Cap. XI.

GEneratim uero præterea, quæcunque alia clericis ex ſacris Canonibus, generalibus Concilijs, uel apoſtolicis ordinationibus, ad eorum uitam & honeſtatem pertinẽtia, ſtatuta ſunt, ab eis obſeruari mandamus, ſub pœnis in eiſdem contẽtis, quas ſacri Tridentini Concilij auctoritate innouamus, atque alijs Ordinariorum arbitrio pro delicti qualitate ſtatutis, uel ſtatuendis Memine-

rintq; clerici omnes, nihil esse, quòd magis alios ad pietatem, ac Dei cultũ instruat, quã eorum uita & exemplum, qui se diuino ministerio manciparunt. ac propterea ita uitam & mores suos componere debere, ut eorum actiones cunctis uenerationem afferre possint.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

Cap. I.

ECCLESIAE quæcunque per diœceses constitutæ, sacra oratoria, sacellaq;, aut diruta, aut ruinosa, instaurari, reædificari, atque ea reuerentia teneri, ac custodiri Episcopi curent, quæ ex sacrorum Canonum dispositione requiritur. Quod si Ecclesiæ, uel loci paupertas obstet, iuxta sacri Tridentini Concilij decreti formam, Ordinarij prouideant, ut uel diruta reficiantur, uel transferantur.

Cap.

Cap. II.

NEmo autem diuinorum præsertim officiorum, aut prædicationum tempore per ecclesias deambulare, aut ibidem negotia tractare, clamores, risus, dissolutiones, cõ fabulationes, atque alia huiusmodi profana, neque etiam cum suspectis mulieribus colloquia habere præsumat, sub pœnis, quæ in sanctißimi D. N. Pij Quinti Bulla continentur.

Cap. III.

PRohibemus insuper, ne in sacrosanctis Ecclesijs comestiones, siue compotationes, quouis anni tempore fiant: aut in earũ porticibus, uel cœmeterijs, aliqua ad cibum, uel potum uenalia habeantur, nec etiam prope Ecclesiam, quantum fieri potest, sub pœna per Ordinarios ipsos statuenda.

Cap. IIII.

ECclesiæ cuiuscunque parietibus, nihil profanum, uel immundum adhæreat: ac præcipue tabernæ, & Iudæorum familiæ procul absint, ne sacra profanis misceantur, sub pœna Episcopi arbitrio proponenda.

Cap. V.

ALtaria in ecclesijs quibusque constituta, si dotata sint, per eorum Rectores

tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus recte curari Epiſcopi ſtudeant: nec eadem a quoquam uſurpari permittant. indotata uero, uel ab his, a quibus erecta fuerint, inſtaurari, ac exornari, uel amoueri curent.

Cap. VI.

Ecclesiarum fabricæ, bona, ac redditus omnes, in deſtinatos uſus a deputatis conuerti, Ordinarij quique prouideant: nec ullo modo patiantur ab aliqua uel ſæculari, uel eccleſiaſtica perſona uſurpari, aut in alios uſus conuerti, ſub dupli pœna, atque animarum ſuarum periculo.

Cap. VII.

Ecclesiarum præterea indemnitati prò ſpicere cupientes, perſonis eccleſiaſticis, quauis dignitate fulgentibus, atque alijs quibuſcunque eccleſiaſtica beneficia, quocunque nomine cenſeantur, obtinentibus, ac hoſpitalium, aliorumq; piorum locorum Gubernatoribus, Rectoribus, ſeu Adminiſtratoribus uniuerſis iniungimus, ut infra annum a præſentis Synodi fine connumerandum, inuentarium bonorum omnium mobilium & immobilium, iuriumq;, & actionum, ac nominum debitorum, ad eccleſias ipſas uel pia lo-

ea, quæ obtinent, aut regunt, quouis modo pertinentium; cum ipsorum bonorum qualitatibus, situationibus, uocabulis, & confinibus, coram honestis, ac fide dignis testibus, in forma probante conficiant: quorum quidem bonorum, duo publica fiant instrumenta: ex quibus unum, in propria ecclesia, hospitali, uel pio loco, alterum apud Episcopum in Archiuio, perpetuo custodiatur. Quicunq; uero in hoc exequendo uel negligens, uel parũ fidelis extiterit, grauiter Episcopi, ad quem huius rei cura pertinet, arbitrio puniatur.

DE REBVS ECCLESIASTICIS NON VSVRPAN. AC MALE ALIENATIS RECVPERANDIS.

Cap. I.

MANDAMVS *insuper sacri Tridentini Concilij auctoritate, ut singuli Episcopi, seu eorum Vicarij, simul cum uno de Capitulo, & altero de clero:*

ex his, qui aptiores, & probatiores, eis, uidebuntur, ab ipsis de Capitulo, & clero ciuitatis, respectiue deligendis, recognoscant, etiã ex officio, quascunque locationes rerũ ecclesiasticarum, ad longum tempus, seu ad uiginti nouem annos, aut bis uigintinouem, a triginta annis citra, ante publicationẽ Tridentini Concilij factas, etiam auctoritate apostolica confirmatas: iudicentq; an in damnũ ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones factæ fuerint: absque tamen aliquo causarum de præsenti pendentium præiudicio.

Quod si res de qua agitur, ad Episcopũ, seu illius mensam pertineat, aut Episcopus ipse, uel eius Vicarius locationis eiusdem commissarij, seu executores fuerint, tunc ad Episcopum, qui magis uicinus sit, una cũ deputatis ab eiusdem Capitulo, & clero, hæc recognitio & iudicatio pertineat. Si autem delectorum a Capitulo, seu a clero legitima forsan aliquo casu esset recusatio, tũc ab eisdem de Capitulo & clero, alij in ea causa substituantur.

Cap. II.

QVoniam uero usu compertum est, alienationes bonorum ecclesiasticorum

corum

corum fieri ſæpe ſub conditione, ut illarum confirmatio ab apoſtolica ſede obtineatur, interim autem poßideri, non obtenta aliter confirmatione ciuſmodi, in graue eccleſiarũ damnum, & animarum ipſorum contrahentium præiudicium, ideo Ordinarijs quibuſcunque mandamus, ut diligenter ſuper huiuſmodi alienationibus quorumcunque bonorũ eccleſiaſticorum, etiam hoſpitalium, & ad fabricæ, ſiue ad luminarium, ut aiunt, uſum deputatorum, & aliorum quocunque nomine cenſeantur, inquirant: & ſi quas ſub iam dicta conditione nondum impleta a triginta annis, ut ſupra, factas, repererint, irritas, & inanes declarent, in eoſq; qui in poſſeßionẽ, uel detentionem ante obtentam confirmationem, ut ſupra ſe intrudere auſi fuerint, pœnas a ſacris Canonibus, & ſummorum Pontificum conſtitutionibus, aduerſus eoſdẽ inflictas exequi omnino ſtudeant.

Cap. III.

GEneraliter autem tam in his, quam in alijs quibuſcumque Eccleſiaſticarumrerum alienationibus, quas in futurum auctoritate apoſtolica fieri contingat, animaduertant Epiſcopi, & eorum Vicarij, ut omnia rite,

rite, & recte, maturaq;, ac diligenti inuestigatione adhibita peragantur, etiam in rem præsentem accedendo, indemnitati ecclesiarum prospiciant: admonentes etiam frequenter populum, eos excommunicationi fore subiectos, aliisque pœnis teneri, qui contra Sacrorum Canonum decreta, Ecclesiastica bona alienare, aut indebite detinere præsumãt. Monemusq; propterea Episcopos omnes, ac enixe in Domino obsecramus, ut ad minus semel in anno sacri Tridentini Concilij decretum sub sessione uigesima secunda, capitulo undecimo de reformatione, quod incipit, Si quem clericorum, uulgari idiomate, per Prædicatores in Dominica Lætare, frequenti populo publicari, ac ad memoriam reuocari curent: quo certiores fiant ecclesiastica rum rerum quarumcunque usurpatores, ipso iure excommunicatos esse, nec ab alio quam a Romano Pontifice absolui posse.

DE MONIALIBVS.

VOD ad Moniales ac Deo dicatas uirgines attinet, id solũ nobis commemorandum censuimus, ut Episcopi potissimũ curent

curent eas modis omnibus ad regulæ, quam sunt professæ, præscriptum reducere, ac earum uitam & mores ex illa componere: fideliterq; ab eisdem præcipue seruari studeant, quæcunque ipsarum peculiaria uota, uel circa ea, præcepta respiciunt, Illarum clausuram, ubi uiolata est, ex iniuncto sibi proprio munere diligenter restitui, & inuiolatam conseruari prouideant: necnõ quæcunque ad eas pertinent, diligẽtißime exequantur, & exequi faciant, iuxta sacri Tridentini Cõcilij saluberrima decreta, ac sanctißimi D. N. Pij Quinti Bullam: atque enitantur in primis, a monialium monasterijs quæcunque castitatis proposito aduersari uidebuntur, opportunis ordinationibus auertere, atque eas in uiam Domini omni studio, ac uigilantia dirigere.

DE LOCORVM PIORVM ADMINISTRATIONĖ.

Cap. I.

CIRCA locorum piorum administrationem diligenter animaduertant Episcopi, ut probatißimi uiri, timoratæque cõ scientiæ

ſcientiæ ad huiuſmodi regimen aſſumantur: qui ſuæ familiæ bene præſint: qui ue in operibus charitatis ſe ſe exercere cõſueuerint: necnon recte calculandi rationem teneant, nec locorum ipſorum debitores exiſtant: riteq; caueant: ſe fideliter Chriſti patrimoniũ adminiſtraturos. Hi uero non ultra triennium ex ſacri Tridentini Concilij decreto, niſi rei neceſſitas aliud ſuadeat, adminiſtrẽt: male ablata, uel alienata recuperent. fructus in deſtinatos uſus conuertant: his præcipue quibus ex loci inſtituto tenẽtur, præſto ſint: ſingulis annis accepti, & expẽſi tabulas proferant, & a deputatis cum Ordinarij inter-uentu calculari ſtudeant: ruinoſa ædificia reparent: bonaq;, ac redditus ipſorum loco rum ita gubernari & diſpenſari ſatagant, ut uere boni adminiſtratores dici poſſint.

Cap. II.

IN hoſpitalibus ad peregrinorum uſum paratis, uere egeni, & pauperes recipiãtur: circulatores, præſtigiatores, ſimulato habitu incedentes, herbularij, atque alij id genus homines ab hoſpitio arceantur: qui uero puellas nubiles, ac iuuenes ſecum ducunt, nec decorum Matrimonio conſtat, ultra unam

dormitionem

dormitionem non accipiant: mares a fœminis prorsus distinguantur: nec uiris ad mulieres, uel contra, quamuis iugales sint, honestatis gratia pateat aditus: neque aliqui in hospitio alantur, nisi necessitatis causa. Pueri quoque a uiris, ubi commode fieri potest, secernantur. Immodesti, blasphemi, & inquieti eliminentur: nec ualidi mendicantes ultra unam noctem receptentur.

Cap. III.

QVod ad pauperes infirmos attinet, in locis ad eorum usum deputatis, ministri non desint, Christiana pietate præditi, qui necessaria omnia illis subministrẽt, ea qua decet charitate: ex his quæ medicẽ decreuerint, nihil penitus prætermittentes, quod ad infirmorum salutem procurandam pertineat: horas & momenta, rerum qualitates, & quantitates diligenter attendant: totq; ministros adhibeant, quot infirmorum numero & usui sufficere possint. Illud uero maxime ad infirmorum regimen deputati, curent, ut cum primum infirmi ipsi possint, peccata confiteantur, sacramq; Eucharistiam sumant.

Cap.

Cap. IIII.

ILlud præterea hoſpitalium infirmorum Rectores, ac Præfecti ipſi animaduertant, ne ualetudinarij & conualeſcentes, niſi poſtea quam bene ſe habuerint, ab hoſpitio dimittantur: ne uel eos recidiuare contingat, atque ita, ſumptus augeantur, uel in itinere deficere cogantur: quod ipſi hoſpitij Præfecti, quam diligentiſſime curabunt. Ne uero dum corporibus ſit medicina, animarũ cura negligi uideatur. Sacerdotes nõ deſint, qui Miſſas feſtis ſaltem diebus in lòco infirmis ipſis accommodato celebrent, ſacramentaq; rite & opportune languentibus adminiſtrent: atque infirmantibus ad mortem, ad animæ ſalutem neceſſaria commemorent, & charitatis officium uſque ad uitæ exitum, in eos exerceant: illorumq; nomina, genus, & patriam diligenter annotent: defunctos uerò eccleſiaſticæ ſepulturæ ſacris precibus adhibitis pie ac religioſe mandent.

Cap. V.

CIrca orphanorum domos inuigilent Epiſcopi, atq; prouideant, propoſitis excommunicationis, atque alijs ex arbitrio pœnis, ne infantes ab illis parentibus expo-

nantur,

nãtur, qui eos uel ex industria, uel ære pro= prio alere possunt : fiatq; ea de re ab ipsius loci curatoribus diligentißima inquisitio : nec a confessoribus, nisi satisfecerint, ab= soluantur.

Cap. VI.

OMnia uero ad ipsorum infantium ex= positorum usum opportuna, parata & instructa habeantur : nutrices præsertim sub sidiariæ, donec infantes ipsi baptizentur, & ad alendum tradantur : quod quamprimum a præfectis curetur : debitaq; merces nutri= cibus nullo pacto desit, atque alia pueris ne cessaria, ne eorum defectu, aut culpa ali= qua periclitentur.

Cap. VII.

POstquam autem ad eam ætatem perue= nerint, ut disciplinæ sint capaces, tàm mares, quàm fœminæ, ubi fieri potest, & fa cultates suppetunt, bonis moribus, atque ar= tibus ætati, & sexui congruentibus instru= antur, donec illis aliter Deo *adiuuante fuerit prouisum.*

Cap. VIII.

CVrent autem Episcopi, *ne mendican= tes aliqui Parochias circumeant, mor=*

bum

bum aliquem simulantes, uel aliud quidpiam falso iactantes, ad decipiendum simplicium animas: sed quod sedate ac pie, sine longa uerborum serie eleemosynas petant, sub eorum arbitrij pœna.

Cap. IX.

INsuper Episcopi omnes diligenter se se informare studeant de uita & moribus mendicantium: prouidentes omnino, ut in Paschate communicent: alioquin eos ejici curent. Mandantes hospitalium præfectis, ne post Pascha aliquos in hospicio recipiãt, quos non constet, aut uerisimile sit eo anno fuisse confessos, & sacram Eucharistiã sumpsisse, uel paratos Ecclesiæ præcepto statim satisfacere.

Cap. X.

MOntes quoque Pietatis ubi adsunt, Episcopi uisitent, & recte administrari curent: ubi uero desunt, eos erigi, atque institui faciant: nec ex mutuo aliquid ultra recipi ab eorum ministris patiantur, quàm quod ex apostolica indulgetia pro eorum labore dari conceditur. Pignora recte, ac tuto in loco seruentur: debitæ illis pecuniæ exigantur: necnon legata quæcunque in

eam

eam causam facta persoluantur : ac bona stabilia si qua habent, usurpari minime permittant.

Cap. XI.

DIsciplinatorum præterea confraternitates, seu societates quocunque nomine nuncupentur, ex sacri Tridentini *Concilij præcepto, Episcopi uisitare non prætermittant : prouideantq; , ut ab eis charitatis opera , ad quæ tenentur, impleantur, atq; ad suarum regularum, si probatæ sint, formam , disciplinati ipsi rediganturac reformentur : nec ullo pacto differãt, si quos in eisdem inuenerint, abusus tollere: arctantes eosdem & ad processiones ordinarias, etiam non uocatos, ad alias uero quandocunque fuerint euocati , frequenti numero conuenire , ac binos grauiter, & modeste, compositeq; procedere : quæ si facere neglexerint , atque alia ad eorum officium spectantia implere , debitis pœnis afficiant . Quod si incorrigibiles sint, ipsorum* Episcoporum *arbitrio extinguantur , atque aliæ eorum loco substituantur , prout illis magis expedire uidebitur .*

Cap.

Cap. XII.

QVicunque uero tàm in præmißis, quàm in alijs quibuſque pijs locis administrandis, quouismodo deliquerint, & præſertim ſi rationes cum Ordinarij interuentu, reddere omiſerint, dupli pœna quanti ea res fuerit, atque aliter pro modo culpæ, Epiſcoporum arbitrio afficiantur.

Cap. XIII.

NOtarij quicunque de teſtamentis, atque alijs diſpoſitionibus, qualeſcunque ſint, in quibus aliquid ecclesijs, hoſpitalibus, montibus pietatis, atque alijs pijs locis, uel cauſis relictum fuerit, rogati, teneantur relicta, ac diſpoſitiones huiuſmodi, his ad quos pertinet, infra menſem, a die quo diſpoſitio ipſa ſuum effectum ſortiri ac irreuocabiliter ligare incipit, computãdum, deferre, ſub dupli pœna, & excõmunicationis in ſubſidium, moneantq; eoſdem per ſæpe Epiſcopi, ut in legatis, ac diſpoſitionibus huiuſmodi opportune deferendis, ea qua decet ſolertia utantur: nec aliqua ratione in ſuarum animarum perniciem, & ipſorum locorum, ac piarum cauſarum præiudicium id facere prætermittant.

DE VSVRIS.

Cap. I.

DETESTABILE *usurariæ prauitatis crimen abolere cupientes, Ordinarios hortamur enixe, ut a suis ouibus pro eorũ prudentia, uenenum hoc auertere & extirpare contendant: curentq; ut usurarij ipsi, & quicunque cõtractus quoquo modo illicitos celebrauerint, iuxta Canonicas sanctiones puniantur: necnon & proxenetæ seu mediatores omnes quicũque sint, ad illicitos contractus quoscunque, fideles ipsos trahentes, Canonicis pœnis afficiãtur.*

Cap. II.

NOtarijs uero de contractibus illicitis rogatis: *qui ex conscientia plane perspiciunt contractuum prauitatem, nihilominus se id scire dissimulantes, instrumenta conficiunt, quæ in eorum superficie suspicione carere uidentur, cum tamen uenenũ latitet sub pœna iuxta sacrorum Canonum formam imponenda mãdamus, ac per Episcopos mandari*

dari exoptamus, ne ullo pacto contractibus, quos ipsi ex animo & conscientia suspectos existimant, uel suspicantur, adstipulari præsumant, præter diuinam ultionem quam incurrent.

DE MERETRICIBVS, ET CONCVBINIS.

Cap. I.

MVLIERES quæstum suo corpore facientes, quæ abominabile sui ipsius præbẽt exemplum, ab honestarum mulierũ uicinijs segregari, ac in peculiares uicos quocitius fieri poterit, redigi, necnon ubi signum deferre solent, quo ab honestis mulieribus distinguantur, ad illud ferendum cogimandamus: hortamurq; cuiusque loci Recto res, ac Magistratus, ut in hoc tam pio opere exequendo Episcopis præsto esse uelint: & quas a fide dignis, diligenti inquisitione adhibita, pro meretricibus haberi comperẽrint, secerni curent: nec aliquorum impietatis defensorum importunas uoces audiant.

Cap. II.

Digna quoque animaduersione concubinarios, & concubinas quascunque, siue soluti, siue coniugati sint, notandos esse præcipimus, iuxta sacri Tridentini Concilij decretum, pœnis quoque sacrorum Canonum in eosdem infligendis. Quæ uero coniugatæ mulieres cum amatoribus uiuere, nec a turpi uita discedere proposuerint, uel e ciuitatibus & diœcesibus arceantur, præsertim si notorie incontinenter uiuant, uel etiam post trinam monitionem pro infamibus habeantur & tractentur.

DE IVDAEIS.

EPISCOPOS *monemus, & hortamur in Domino, ut mandatorum Apostolicorum memores, Bullam a sanctißimo* D. N. Pio Quinto *contra Iudæos editam, ex sui officij debito publicent, ac pro uiribus obseruari curent.*

DECRETA PROVINC.

DE CINGANIS.

CINGANOS *uagorum hominũ genus, atque omni impietate refertum, niſi Chriſtiane uixerint, & a ſuperſtitionibus, ac improbatis uitæ ritibus abſtinuerint, ab eorum diœceſibus Epiſcopi quantum fieri poteſt, longe arceri curent.*

DE BVLLIS APOSTOLICIS PVBLICANDIS.

CONSIDERANTES *quam maxime expediat apoſtolicarum Bullarum quarum cunque notitiam ab omnibus haberi, tum ob præcepta, quæ in illis continentur, ut ab omnibus ſeruari poſſint, tum ob pœnas quæ in illis infliguntur, ut a ſingulis euitentur, Epiſcopos nobis quam maxime commonendos eſſe decernimus, prout eoſdem ex animo commonemus, ut non ſolum Bullas de quibus in præſentis Synodi decre-*

tis

tis fit mentio, publicari, ac pro eorum uiri-bus obseruari faciant, sed etiam quascunque alias pro tempore promulgari contigerit, eadem summatim etiam, ac per capita populis uernacula lingua insinuari, atque illis obseruandas proponi, sæpiusq; eisdem in memoriam reuocari studeant.

DECRETVM GENERALE.

DOSTREMO *non solum omnia & singula in his decretis comprehensa, sed & alia quæcunque tàm a sacris Canonibus, & Apostolicis ordinationibus, quàm a generalibus quibusque Conciliis, præsertim a sacrosancta Tridentina Synodo statuta, ac definita sunt, siue dogmata, siue reformationem, & morum correctionem respiciant, plene atque integre ab omnibus comprouincialibus Episcopis, Abbatibus, Capitulis, & alijs ecclesiasticis personis, quæ etiam ex propria electione huic nostræ Metropoli ex eiusdem Concilij præcepto adhæserunt, & uel per se, uel per eo-*

rum idoneos procuratores interfuerunt, aut intereſſe debuerunt, ac etiam ſæcularibus quibuſcunque, quod ad eos attinet, ſeruari debere decernimus, ac diſtricte præcipiendo mandamus, ſub iuris, & arbitrij pœnis: ſaluis tamen in omnibus conſtitutionibus, & conſuetudinibus Eccleſiarum arctioribus, & laudabilioribus. Hortantes, & in Domino monentes quoſcunque ſæculi Principes, ac Poteſtates, ut Eccleſiaſticam immunitatem quo decet fauore proſequentes, iuxta eiuſdem Tridentini Concilij decretum, non ſolum Epiſcopis munus ſuum exequi uolentibus, præſto eſſe uelint, ſed nec a Magiſtratibus & eorum officialibus quibuſcunque ullatenus eoſdem, uel eorum miniſtros impediri patiantur, debitis pœnis eos afficientes: præter excommunicationem quam ipſo facto incurrunt ex Bullæ in Cœna Domini, ſacrorumq; Canonum diſpoſitione. Mandantes præterea, ut hæc ipſa decreta, poſtquam rite publicata fuerint, in eorum ciuitatibus, & diœceſibus, Epiſcopi ipſi eadem publicari, ac obſeruari curent: ſaluo ſemper, & reſeruato in omnibus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ac ſanctiſſimi Domini noſtri

Stri beneplacito : cuius iudicio hæc ipsa emendanda, & corrigenda, quæ debemus obedientia, & reuerentia submittimus, ad Dei gloriam, & catholicæ fidei exaltationem.

✠

FINIS.

74297

RVBRICAE

DECRETORVM

QVAE CONTINENTVR

IN HOC VOLV-

MINE.

PROFESSIO *fidei* *fol.* 3
De Hæreticis *fol.* 6
De *libris prohibitis* *fol.* 7
De *uerbi* Dei prædi-
catione *fol.* 7
De *lectione Theologica* *fol.* 9
De *scholis & magistris* *fol.* 10
De *Sanctorum reliquijs* *fol.* 11
De *sacris imaginibus* *fol.* 12
De *miraculis* *fol.* 12
De *sacrorum gestorum* repræ-
sentatione *fol.* 13
De *festorum dierum cultu* *fol.* 13
De *ieiuniorum obseruatione* *fol.* 14
De *maleficijs, & incantationibus* *fol.* 15
De *superstitionibus* *fol.* 16
De *blasphemia* *fol.* 16

RVBRICA.

De cathedrali ecclesia uacante fol. 17
De prõmouendis ad cathedrales ecclesias fol. 18
De Episcopi qualitate et dignitate fol. 20
De Episcoporum rẽsidentia fol. 22
De uisitatione fol. 22
De beneficiorum collatione fol. 24
De iudiciali foro Episcopi fol. 27
De Archiuio fol. 29
De Seminario fol. 30
De Vicarijs foraneis fol. 32
De examine promouendorum ad Parochiales ecclesias fol. 33
De Parochis, & eorum officio fol. 35
De residentia inferiorum. fol. 37
De Sacramentorum administratione fol. 39
De Baptismo fol. 40
De Confirmatione fol. 42
De sanctissima Eucharistia fol. 43.
De panitentia. fol. 44
De extrema unctione fol. 46
De Ordine fol. 47
De Matrimonio fol. 49
De sacrificio Missæ fol. 50
De dignitatibus & Canonicis fol. 52

RVBRICA.

De *Mansionarijs* fol. 54
De *distributionibus quotidianis* fol. 54
De *Punctatore* fol. 55
De *Chori Præfecto* fol. 56
De *cæremoniarum Magistro* fol. 57
De *Chori Magistro* fol. 57
De *musicæ Magistro* fol. 58
De *Organo* fol. 59
De *Horis Canonicis* fol. 59
De *Choro* fol. 60
De *uita & honestate clericorum* fol. 61
De *sacrosanctis ecclesijs* fol. 64
De *rebus ecclesiasticis non usurpandis, &c.* fol. 66
De *Monialibus* fol. 67
De *locorũ piorũ administratione* fol. 68
De *usuris* fol. 72
De *meretricibus & concubinis* fol. 72
De *Iudæis* fol. 73
De *cinganis* fol. 73
De *Bullis apostolicis publicandis* fol. 73
Decretum generale fol. 74

FINIS.

MVTINAE,

Apud Paulum Gadaldinum, & Fratres,

De mandato Reuerendiß. Episcopi
Mutinensis.

B-

II-

94-

Rac